



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**S. Augustinus, Episcopus in Africa Hipponensis, Veritatis  
Evangelico-Catholicæ In Potioribus Fidei Controversiis  
Testis Et Confessor, Contra Bellarminum Et Alios  
Scriptores Papæos, antiquos pariter & ...**

**Reiser, Anton**

**Francofvrti, 1678**

Controversia prima De Gratia primi hominis.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72506](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-72506)



TOMI QVARTI  
Controversiæ Generalis Primæ  
DE  
GRATIA PRIMI HOMINIS,  
CAPVT SECVDV M,

DE  
Imaginis & Similitudinis Identitate vel differentiâ, ut &  
ejusdem amissione.

**N**Emma à Bellarmino huic capiti præscriptum, *Hominem non esse initio conditum, qualis nunc nascitur, sed multo feliciterem, Evangelicis quidem non est oppositum, sed, ut ipse Bellarminus apertè scribit, Pelagianis, ita porro explicatum, Homo non fuit creatus, qualis nunc nascitur, pronus ad malum, infirmus, ignorans, sed rectus, justus, sapiens, sine concupiscentiâ & difficultate, quam ipsi in nobis assidue experimar; in explicacione tamen ejus, dum verba Moïsi de hominis creatione agentia, Creavit DEus hominem ad Imaginem & Similitudinem suam,* proponit, communem Patrum Expositionem dicit, ea hunc in modum accipienda docere, ut Imago ad naturam Intellectûs & voluntatis, Similitudo ad Sapientiam & Iustitiam referatur, ac inde sequi, ut primus homo non solum in Creatione acceperit naturam, cum quâ nunc etiam homines nasci videamus, sed etiam ornamenta quaedam Sapientie & Iustitie, quibus sine dubio careamus. Ad hæc communem Patrum expositionem sequentia verba Augustini referunt: *Filii Dei sunt homines renovati ad Ejus Imaginem, & similes facti usq; ad dilectionem Inimici.* Addit Bellarminus, *Hoc loco similitudinem ponit in virtute Augustinus, dicit vero hominem renovari ad Imaginem, non quod Imago perierit, sed quia per peccatum deformata & obscurata fuerat, perfectione amisâ, quæ illi ex Virtutibus accedebat, quam perfectionem Imaginis adpellamus Similitudinem,* inquit Bellarminus, post cæterorum Patrum testimonia subjungens porro: *Ex his tot Patrum testimoniis cogimur admittere, non esse idem omnino Imaginem & Similitudinem, sed Imaginem ad Naturam, Similitudinem ad Virtutes pertinere, ac proinde Adamum peccando non Imaginem Dei, sed Similitudinem perdidisse: & quia nunc homines nascuntur Adamo similes in eo, quod erat, cum filios gigneret post peccatum, non in eo, quod fuerat ante peccatum, propterea rectè concludimus, non fuisse primum hominem creatum, quales nunc homines nascuntur, sed conditionis longè melioris & felicioris.* Ante, quàm de Augustini Sententiâ dicatur, non præter rem erit, si ostendamus, quâ ratione & hic Bellarminus pro more sibi metipsum scripserit contraria, dum capite sequenti hæc quasi ex suâ mente legi voluit: *Homo, qui renovatur in agnitionem secundum Imaginem Dei, ad quam initio fuerat conditus, noster est animus, qui per Christi gratiam quotidie proficit in agnitione Dei & Sanctitate ac Iustitiâ, & eo modo renovatur in eodivina Imago, quæ per peccatum fuerat obscurata, ex quo sequitur, ut ante vetustatem & obscuracionem istam fuerit in homine agnitio Dei & Sanctitas, atq; adeo novâ & splendidissima Dei Imago.* Contraria nimirum sunt, quod hic ad Imaginem Divinam referat, & quidem ex Sententiâ Pauli, cujus Oraculum de Renovatione Imaginis Dei explicat, *Agnitione Dei, Iustitiâ & Sanctitate,* quæ in antecedentibus ad Similitudinem Imagini contradistinctam retulit, sumeret & antelcriptorum immemor & oblitus, ut videl. Veritas eod manifestior esset.

contra  
Adim.  
cap. 5.



Non solum verò illud sub Examen hic ex Augustino venire debet, quod Bellarminus ex mente Ejus & aliorum Patrum inter Imaginem & Similitudinem hic quidem loci ali- quod notabile discrimen esse statuit, sed insuper etiam adserit, Adamum peccando I- maginem Dei non amisisse, sed Similitudinem, eamque tantum fuisse *obscuratam*, non omninò deperditam, utpotè quod itidem Augustini Sententiæ est oppositum, imò in cujus rei explicatione Bellarminus iterum sibimetipsi non conficit, suam alibi mentem ita proponens: *Sciendum est, Imaginem DEI tribus modis considerari posse, secundum Naturam, secundum habitum, & secundum actum; ex quibus modis secundus & tertius nihil sunt aliud, nisi perfectiones Imaginis primo modo considerata. Nam quemadmodum Imago depicta, si solum lineis sit adumbrata, vera erit Imago, sed rudis; si addantur colores, reddetur perfectior; si exprimantur vene, muscoli & minutissima partes que, q. d. judicabitur perfectissima. Sic etiam ipsa anime rationalis substantia est Imago Dei; sed addito habitu Gratiæ & Sapientiæ perfectior & ornatur, cum verò Deum actu cognoscit & diligit, perfectissima est & ornata. Ac peccatum quidem Imaginis (ipsius) substantiam de medio tollere non potuit, sustulit tamen illam perfectionem & eximiam Similitudinem, que in habitu & actu cognitionis & Amoris erat posita. Itaq. Imago non perit, sed obscurata est & deformata, coloribus quasi extinctis, & ideo dicitur reformari, cum Gratiæ & Sapientiæ reparantur in nobis, quo modo depicta imago dici posset reformari, si colores ferme extincti eidem Imagini iterum adderentur.* Hæc Bellarmini verba facile ad bonum sensum reduci & ad Sententiam Evangelicorum accommodari posse, noster agnovit *Gerhardus*, observans & præsupponens primò, Imaginem & Similitudinem in hac Quæstione juxta ductum Scripturæ pro *isod. v. 1. 2.* id est, non diversis, sed iisdem rebus haberi, quod proximè ex Augustino demonstrabitur. *Secundò*, Imaginem non accipere, id est, non intelligi debere, de essentiâ Animæ, utpotè Imaginis Divinæ subiecto, nimirum principali, sed perfectione accidentali, de quâ itidem in sequentibus. *Tertio*, quando dicitur, Imaginem Dei posse considerari secundum Naturam, habitum & actum, non esse distributionem totius in partes integrantes, sed distinctionem vocis in sua significata, quæ id non infert, quod Bellarminus exindè fatagit deducere. *Quarto*, Renovationem illam, per quam Imago Divina in nobis restituitur, ejusdem præsupponere amissionem; quod enim per Renovationem adquiritur demum, per carnis vultustatem non habetur. *Sed* videamus, quæ Augustini fuerit mens & Sententia de amissione Imaginis Divinæ, num eam saltem obscuratam, aut omninò amissam itaverit. *Gratianus* in Jure Canonico binâ ex Eo laudavit testimonia, Sententiam Evangelicorum de omnimodâ amissione non parum confirmantia. Et prius quidem sequentia sup- peditat verba ad præsens Institutum omninò pertinentia: *Imaginem Dei in Spiritu mentis impressam perdidit Adam per peccatum.* Posterius autem pleniori sensu hæc habet: *Princeps vitiorum omnium (Sathanas) dum vidit Adamum ex limo terræ ad Imaginem Dei factum, pudicitia ornatum, temperantia compositum, charitate circumdatum, primos Parentes illi dominis ac tantis bonis exspoliavit pariter ac peremit.* Vasquez explicaturus, quâ ratione sit verum, inclinationem naturalem ad Virtutem diminui per peccatum, & quomodo hæc natura inclinatio ad Virtutem, quantumvis minuatur, videlicet per peccatum, prorsus (tamen) extinguere non possit, provocans ad Thomæ & aliorum rationem, quia cum hæc inclinationis diminutio non sit intrinseca, sed extrinseca tantum, ex sola impedimentorum positione extrinseca fieri nequeat, ut tandem finiatur, post Origenis auctoritatem prius quoque Augustini testimonium sibimetipsi objecit, utpotè omnimodam Imaginis Divinæ amissionem confirmantis, addito hoc responso, *Sententiam hanc rectè explicatam fuisse ab Augustino in hęc actationibus, utpotè in quibus mentione factâ illius Operis, ex quo prius testimonium est defumtum, videlicet de Genesi ad literam, ita suam expresserit mentem: Quod dixi, Adamum Dei Imaginem, secundum quam factus est, perdidisse peccato, non sic est accipiendum, tanquam in eo nulla remanserit, sed quod tam deformis, ut reformatione opus haberet.* Verum, subiungit Vasquez, quia ex hoc loco videtur saltem colligi, aliquid illius Imaginis fuisse amissum, respondeo, Similitudinem & Imaginem Dei aliam esse naturaliter impressam in Intellectu, memoriam nempe & Voluntatè, & hujus nihil minui intrinsecè sed extrinsecè tantum, & ideo nunquam deleri omninò, quantumvis extrinsecè minuatur, aliam verò esse Similitudinem & Imaginem Dei, homini (vel potius, in homine) expressam per Gratiæ Charitatè, his enim qualitatibus Deo similes efficitur, quia justus etiâ apud ipsum constituitur. Hæc omninò amittitur per peccatû, & de hæc intelligendi sunt Origenes & Augustinus in priori testimonio. Cum verò ait in Opere Retractionum *manere aliquid Similitudinis*, non intelligit, manere aliquid Similitudinis, quæ in nobis erat per Gratiæ, sed quia manet

Lib. V.  
de amiss.  
Grat.  
cap. 3.

Conf.  
Cathol.  
lib. II.  
spec. part.  
III. p. 382

c. Quo-  
modo, &  
c. Prin-  
ceps Dis-  
tinct. II.  
de Poenit.  
in prim.

Sec. Disp.  
137. c. 4.  
§. 13 & 14.

Lib. II.  
cap. 24.

manet naturalis illa Similitudo, quæ per Gratiam reformata perfectior est similitudo Dei, idè dixit, *manere aliquid Similitudinis*; dicit autem, eam manere deformatam, quia Gratia privata & peccato maculata aliquam in se contrahit fœditatem. Hæc Vasquez ad Sententiam Origenis & Augustini, qui dum simul & Imaginem & Similitudinem Dei in homine expressam vel homini impressam per peccatum omninò ex Augustini Sententia dicit amissam, Evangelicis insigne testimonium præbet Veritatis contra Bellarminum; & dum insuper Augustini retractationem ita explicat, ut, quod Similitudinis remansisse post lapsum scripsit, de Similitudine naturali inque naturalibus posita intelligat, ab Evangelicis sano sensu potest admitti, non verò à Bellarmini defensoribus, ut potè quem supra vidimus docuisse, *non Imaginem, sed Similitudinem per peccatum esse amissam & deperditam*, cujus tamen aliquid remansisse, Augustinus & ex Eo Vasquez aperte docent, ea quamvis addita explanatione, quæ Similitudinem tantummodò naturalem intelligat. Et si hæc Vasquezii admittatur explicatio, Augustinus porrò noster erit verbis ex Opere de Trinitate desumptis, quod se eodem tempore cum Opere de Genesi ad litteram scripsisse, in citato retractationum loco monuit, ad classicum Pauli Oraculum de Renovatione Imaginis Divinæ ita scribens: *Adamus peccando Iustitiam & Sanctitatem Veritatis amisit, propter quod hæc Imago decolor & deformis est facta. Hanc recipit homo, cum reformatur, & renouatur.* Si recipit homo Dei Imaginem, opus est omninò, ut eam prius amiserit, cum non nisi amissa recipiamus.

Verùm magis hæc erunt perspicua, ubi discriminis inter Imaginem & Similitudinem hoc quidem loco nullitas porrò ex Augustino demonstrabitur, ex quo illud tamen Bellarminus ostendere est conatus. Non verò dicam, mille fiduculis esse opus, ut ex verbis à Bellarmino laudatis extorqueatur, id quod Lectoris iudicio commissum esto; neque etiam de eo Augustini testimonio agam, quo Thomas Leonhardi, Doctor Lovanienfis, in *Anti-Dorscheo* est usus, ut potè cui in *Vindiciis Anti-Thomisticis* est satisfactum, in quibus, dum inter plura hæc pertinentia provocatio est facta ad *Iansenium*, Doctorem quoque antehac Lovaniensem, post Episcopum Iprentem, qui suis in *Pentateucham* Commentariis non semel Augustinum pro contraria, id est, Evangelicorum Sententia adduxit, lubet exindè, quæ huc referenda videntur, excerpte. Ita autem Dei de creando homine decretum exponit: *Faciamus hominem*, id est, ut Augustinus inquit, *Naturam humanam*, ad Imaginem & Similitudinem nostram, hoc est, ut habetur in libri Sapientiæ secundo capite, *ad Imaginem Similitudinis, seu suo similem prototypam Imago & Similitudo in Scripturis promiscuè videntur usurpari, omnis enim Imago similis est eo ipso, quo est Imago. Ex quo rectè Augustinus rejicit eos, qui ex versu sequenti volebant, hominem tantum ad Imaginem esse conditum, Similitudinem autem servari dandam propter Virutis profectum in Resurrectione, que imaginatio fuit Philastrii ab Origene accepta &c.* Et post aliqua: *Quia homo sic est conditus ad Imaginem Dei, ut & ipse sit Imago Dei, non videtur aliud hic significari, quàm quòd ita sit creatus, ut sit Imago similis Deo, ut indicat Augustinus.* Addantur ibidem ex Eodem plura, & de Sententia Augustini constabit. Et quia in iisdem *Vindiciis Anti-Thomisticis* mentio quoque facta est *Pererii*, qui prolississimis in *Genesim* Commentariis contra Bellarminianam Imaginis & Similitudinis distinctionem egit, duo exindè huc adscribi porrò debent testimonia Augustini, quibus suam firmare studuit Sententiam. Prius ita habet: *Quid inter sit inter Similitudinem & Imaginem, quæri solet. Sed hic non video, quid interesse voluerit Deus, nisi aut duobus istis vocabulis unam rem significaverit, aut similitudinem dixerat, sc. verbi gratia, statua vel simulacrum habens speciem humanam, non tamen alicujus hominis exprimantur lineamenta, sicut pictores vel statuarii faciunt, intuentes eos, quos pingunt, vel fingunt, hanc enim dici Imaginem nemo dubitaverit; secundum quam distinctionem omnis Imago etiam est Similitudo, non omnis Similitudo etiam est Imago. Vnde, si gemini inter se sint similes, Similitudo dici potest alterius cujuslibet in altero, non Imago. Si autem Patri filius sit similis, Imago etiam rectè dicitur, ut Pater sit prototypus, unde Imago illa videatur expressa. Quarum (fortè rectius legitur, quare) alie sunt ejusdem Substantiæ, sicut filius, alie non ejusdem, sicut pictura. Vnde illud, quod in Genesi scriptum est, Fecit Deus hominem ad Imaginem Dei, manifestum est ita dictum, ut non ejusdem Substantiæ sit Imago, quæ facta est; Si enim esset ejusdem, non facta, sed genita diceretur. Sed quòd non addidit, & Similitudinem, cum superius esset dictum, Faciamus hominem ad Imaginem & Similitudinem nostram, quibusdam est visum, Similitudinem aliquid amplius esse, quàm Imaginem, quod homini reformando per Christi gratiam postea servaretur. Miror autem, si non propterea postea Imaginem solam voluit commemorare, quia, ubi Imago, continuo & Similitudo est. Posterius ex Opere in Genesim*

Lib. 14.  
cap. 16.Lib. 11. de  
Trin. c. 7.Lib. de  
Gen. im-  
perf. c. ult.Lib. 14. de  
Trin.  
cap. 16.Quæst. 4.  
in Deuter.

imperfecto, undè *Iansenius* quoque subsidium pro se mutuo accepit, similia ferè exhibet: *Nonnulli putant, ideo non reperit am à Mose similitudinem, neque dictum, Et fecit Deus hominem ad Imaginem & Similitudinem Dei, sed tantum ad Imaginem Dei, quia homo tunc verè ad Imaginem Dei tantummodo sit factus, Similitudo autem illi postea servabatur in Resurrectione mortuorum donanda. Quasi verò possit esse Imago aliqua, in qua non sit similitudo; si enim omnino similis non est, procul dubio nec Imago est.* Alia Sancti Patris loca, quæ huc pertinere videntur, lubens prætereo. Sufficit, præter *Iansenium*, Scriptorem videlicet non ab omnibus receptum, *Pererium* quoque, cui *Dorscheus* in *Thoma Confessore* addit *Eschium*, alii in super *Petavium*, perpetuum *Iansenii* aliàs antagonitam, agnovisse, *Augustinum* à partibus eorum stare, qui *Imaginem & Similitudinem* hinc quidem pro uno habent eodemque, id quod contra *Bellarminianum* discrimen potest esse satis.

Vid. D.  
Calov.  
System.  
Tom. IV.  
p. 621.

## CAPVT SEXTVM ET SEPTIMVM.

DE

*Iustitiæ originalis Naturalitate vel Supernaturalitate,  
ubi & de puris Naturalibus.*

PRætermisissis Quæstionibus Scholasticis de *Gratia gratum faciente* (rectius, gratis data) & de *Auxilio speciali*, utpotè non tantum superfluis, sed & Pelagianis saltem oppositis, ut ipse fatetur *Bellarminus*; ad eam recto gradu procedimus Controversiam, utpotè quam Evangelicis directè voluit oppositam, in cuius tractatione dum sapius auctoritas occurrit *Augustini*, in antecessum omne id pro more hætenus observato præmittendum est, quodcunque *Bellarminus* ex *Augustino* vel in suæ thesæ probatione, vel in objectionum refutatione, quamvis prolixè adduxit, ne quid notatu dignum studio videatur mansisse intactum. Et quidem in thesæ probatione, videlicet, *rectitudinem illam, cum qua Adamus fuit creatus, & sine qua post ejus lapsum omnes nascuntur homines, fuisse donum supernaturale*, inter alia Scripturæ testimonia provocat ad Parabolam de homine

Luc. 10.

Lib. 13. de  
Civ. Dei,  
cap. 13.  
Lib. 11. de  
Gen. ad  
lit. c. 31.  
Lib. 4. in  
Jul. c. ult.

in latrones incidente, quam de jactura donorum & virtutum, quas homo primus peccando amisit, exposuisse communi consensu Patres dicit, interque eos *Augustinum*, ex quo etiam sequentia commendat testimonia. Primum est: *Postquam præcepti facta est transgressio, Gratia deserente Divina, de corporum suorum nuditas sunt confusi.* Secundum: *Mox, ut præceptum sunt transgressi, Gratia intrinsecus deserente, omnino nudati in sua membra oculos conjecerunt.* Tertium: *Quid est gustato cibo prohibito nuditas indicata, suspensio nudatum, quod Gratia contegebat? Gratia quippè Dei magna ibi erat, ubi terrenum & animale corpus bestialem libidinem non habebat. Qui ergo vestitus Gratia non habebat in suo corpore, quod puderet, spoliatus Gratia sensit, quod operire deberet.* Addit *Bellarminus*, vides, in his locis semper ab *Augustino* Innocentiam illam originalemque primi hominis *Iustitiam* nominari *Gratiam*: vides item, eam indumento, quod extrinsecus superadditur humano corpori, perpetuò comparari. Vides denique, bestialem libidinem terreno & animali corpori naturaliter convenire, & ideo non ex natura, sed ex magna Dei gratia corpus *Adami* terrenum & animale illa libidine in *Statu Innocentiæ* caruisse. Adde, quod idem

Lib. III.  
de lib. ar.  
bitr. c. 20.  
segg.  
Lib. 1. c. 9.

*Augustinus* alibi non obscurè docet, potuisse creari hominem sine *Iustitia originali*, neque id in retractationibus correxit, sed potius confirmavit, scribens: *Ignorantia & difficultas, etiamsi essent naturalia hominis primordia, neque sic culpandus esset Deus, sed laudandus.* At ita sublumit *Bellarminus*, *Si Iustitia originalis esset naturalis, non potuisset homo sine ea creari, nisi Deus rem naturaliter mancã & imperfectam spontè voluisset condere, quod abhorre videtur ab Ejus Sapientia & Bonitate.* E numero rationum, quas insuper *Bellarminus* pro *Iustitiæ originalis* supernaturalitate adducit, secunda ob *Augustini* auctoritatem in ea commendatam huc pertinet est: *Si corruptio, que nunc est in Natura humana, non est consecuta ex sola remotione Doni supernaturalis, neq. fuisset in homine in puris naturalibus constituto, quæro causam ejus; aliqua enim causa esse debet rebellionis carnis ad Spiritum.* Respondent quidam, causam esse Deum. At *Scripturæ* passim reclamant, & *concupiscentiam* non esse ex Deo, multis in locis testantur. Porro, *Augustinus* scribit quidem multis in locis, inobedi-

entiam carnis à Deo retributam homini in peccati pœnam ; *sed explicat id, factum esse per ablationem Gratia, non per immiffionem concupifcentia.* Sic enim loquitur : *Non in fructu ligni fuit libido, & id eo bonum erat lignum ; sed mala est inobediencia libidinis, quæ adversus hominis inobedienciam, quam in ligno admisit, Deo deferente surrexit.* Audis, inquit Bellarminus, Deo deferente, non inferente libidinem surrexisse. Et fimiliter in aliis etiam locis fuprà citatis loquitur Auguftinus. Quemadmodum etiam, cum idem Auguftinus docet, peccatum aliquando pœnam esse peccati, & per hoc à Deo, à quo omnis iufta est pœna ; non intelligit, peccatum esse à Deo inferente malitiam, fed non impertiendo Mifericordiam, fic enim fcribit : *Cum dicitur homo fuis tradi defideris, inde fit reus, quia defertur à Deo cedit eis, atque confentit, vincitur, capitur, trahitur, poffidetur, & fit ei peccatum confequens pœna precedentis peccati.* Et alibi, *Non obdurat Deus impertiendo malitiam, fed non impertiendo Mifericordiam.* Et iterum alibi, *Sic excæcat, fic obdurat Deus deferendo & non adjuvando, quod occulto facere potest iudicio, iniquo non potest.* Inter objectiones contra Iuftitiæ originalis fupernaturalitatem, quas Bellarminus adducit, & refellere tentat, pleraque funt ex Auguftino defumta, ad eòque, quamvis aliquantò prolixiores, huc adfcribenda, ut de refponfione Bellarmini eò fincerius poffit iudicari. Sunt autem ordine fequentes : *Secunda*, Auguftinus fcribit, animorum quæcunque funt vitia, naturalium effe privationes bonorum. Sunt autem vulnera nobis ex peccato primi Parentis relicta quedam vitia animorum, ea igitur vulnera naturalium funt privationes bonorum. Iuftitia igitur originalis & prima humanæ Naturæ integritas, cui privativè opponuntur vulnera, erat naturalis. *Bellarminus refpondet*, Auguftinus per bona naturalia eo in loco non formas, fed fubjecta videtur intelligere, ut Eius fit Sententia, illa mala, quæ dicuntur vitia, privationes effe naturalium bonorum, quia in bonis infunt Naturis, easque contrariis virtutibus privant ; nam paulò antè dixerat eadem loquendi formam utens, *corporales morbos effe privationes bonorum, quia Subftantia effe bona, quæ accedente morbo privatur Sanitate.* Quòd fi hoc modo accipiamus Auguftini verba, veriffima funt, neque pugnant contra Sententiam noftram. Neque enim negamus, animos humanos, qui virtutibus privantur, vitiis fuccedentibus, bona dici debere & effe naturalia. *Præterea* loquitur Auguftinus de vitiis, quæ funt quidam habitus per iteratos actus malos adquireti ; non de concupifcentia, ignorantia, infirmitate & malitia, cum quibus nafcimur. *Porrò*, vitia omnia funt privationes bonorum naturalium, id effe, naturalis recititudinis, non qualis in primo fuit homine, fed qualis effe potuit, fi in puris naturalibus fuiffet conditus. Natura enim creata fine Iuftitiæ & fine peccato (id enim vocamus in puris naturalibus) fuam quandam habet recititudinem, quatenus videlicet nullam habet vitii curvitatem. *Denique*, fi cogermur per naturalia bona apud Auguftinum intelligere Iuftitiæ originale Divinitus datam & naturæ fuperadditam, promtum effet refpondere, Donum illud vocari bonum naturale, quia Naturam non deftruat, fed perficiat, quemadmodum è contrario vitium dicitur contra naturam, quia eam non perficit, fed corrumpit. *Tertia obiectio*, Auguftinus de Angelis fic loquitur : *Cum vitium creaturæ Angelicæ dicitur, quod non adhæret Deo, hinc apertiffimè declaratur, Eius naturæ, ut Deo adhæreat, convenire. Quòd fi naturale effe Angelo, adhærete Deo, certè homini etiam erit naturale.* Non igitur opus fuit dono aliquo fupernaturali, ut primus homo adhæretet Deo, ac per hoc iuftus effet & rectus. *Bellarminus refpondet*, Auguftinus eo in loco docet, Angelicæ convenire naturæ, ut per charitatem Deo adhæreat, & in hoc diftingvi à naturis ratione carentibus, quibus non convenit, ut per charitatem Deo adhæreant, ac de Eo funt beata, quanquam nec miferæ effe poffint, fed non docet, id Angelorum naturæ naturaliter convenire, quali poffit Angelus folis viribus fuis Deo per charitatem inhære, aut certè quali donum charitatis infufa neceffariò Angelis debeatur, ita, ut naturale non fupernaturale, debitum non gratuitum dici debeat, quin potius contrarium difertis docet verbis, libro eodem fcribens : *Et iftam (voluntatem bonam) quis fecerat, nifi Ille, qui eos cum bona voluntate, id effe, cum amore cafto, quo illi adhærent, creavit, fimul in eis & condens naturam & largiens Gratiam.* Et infra : *Confitendum effe igitur cum debita laude Creatoris, non ad folos pertinere Homines Sanctos, verum & de Sanctis dici poffe Angelis, quod charitas Dei diffufa fit in eis per Spiritum Sanctum, qui datus effe eis.* Hæc Ille, addit Bellarminus, qui apertiffimè diftingvit in Angelis naturam à charitate, quam vocat Gratiam, & non per creationem, fed per Spiritus Sancti infpirationem in eis fuiffe diffufam fcribit. *Denique* nihil aliud hoc in loco de Angelis dicit Auguftinus, nifi quod alibi de hominibus dixit, poffe Fidem & Charitatem habere, effe hominum naturæ, habere autem, effe fidelium Gratia.

Lib IV, in Jul. c. 13.

Lib. V, in Jul. cap 3. Epist. 105. ad Sixtum, Tract. 53. in Joh.

Enchir. c. 11.

Lib. 12. de Civ. Dei, cap. 1.

Cap. 9.

de Præ-  
dest.  
Sanct. c. 8.  
de Cor-  
rept. &  
Grat. c. 11.  
Enchir.  
c. 106.

*Quarta obiectio*, Augustinus duobus locis scribit, Felicitatem illam, per quam homo neque peccare neque mori poterit, id est, Vitam æternam, nunc esse munus Gratiæ, quæ merces meriti erat futura, si primus homo in Statu Innocentiæ permanisset; ex quo se qui videtur, ut in Statu Innocentiæ nullâ opus esset (vel fuisset) Gratiâ ad Vitam æternam promerendam, ac per hoc Justitiâ originalis & ipsa charitas, per quam mereretur, non donum Gratiæ, sed naturalis conditio fuerit primis Parentibus. *Bellarminus respondet*, Ex Augustini Sententiâ Vitæ æternæ merita, ut nobis post lapsum fuerunt ex Gratiâ sunt ex gratia, ita Sanctis quoque Angelis & ipsi Adamo ante lapsum fuerunt ex Gratiâ; proinde in omni statu Vita æterna & merces est & Gratiâ. (*Et quidem*) non potuisse Angelos aut hominem primum in Statu Innocentiæ Vitæ æternæ meritum habere sine Gratiâ, Augustinus docet iisdem in locis, undè obiectio est desumpta. Nam in Enchiridio, cum dixisset, *Natura humana (felicitatem, quâ mori non poterit) est acceptura per Gratiâ, quam fuerat, si non peccasset, acceptura per Meritum: continuò subiungit, quamvis sine Gratiâ ne ullum tunc Meritum esse potuisset*. Et in libro de Correptione & Gratiâ, differens de Statu primi hominis ante lapsum, inquit, *Nec ipsum Deus esse voluit sine Gratiâ sua, quia liberum arbitrium sufficit ad malum, ad bonum autem parum est, nisi adiuvetur ab omnipotenti Bono*. Vides igitur ex Augustino, inquit Bellarminus, ante lapsum neque Angelis neque primo homini felicitatem esse potuisse Mercedem & non Gratiâ, cum sine Gratiâ nulla habere potuerit bona merita. Nobis autem post lapsum Adami Vitam æternam non esse

Epist. 105.  
ad Six-  
tum.

solam Gratiâ, sed etiam mercedem, docet idem Augustinus alibi scribens: *Nullone sunt merita iustorum? Sunt planè, sed ut iusti fierent, merita non fuerunt*. Et infra: *Sicut merito peccati tanquam stipendium redditur mors, ita merito Iustitiæ tanquam stipendium vita æterna*. Cur ergo, inquis, si & nobis & illis Vita æterna & Merces est & Gratiâ, Augustinus citatis in locis dicit, nobis Vitam æternam esse donum Gratiæ, quæ merces Meriti erat futura, si Adam non peccasset? *Ita quartam hanc obiectiõnem porro illustrat Bellarminus, & respondet*, factum id propter duas causas, quarum prior est, quia Angeli & primus homo ante lapsum habuerunt solum Gratiâ, quâ possent benè mereri & perseverare, si vellent, ut autem vellent, relictum est in libero eorum arbitrio; Sancti verò post lapsum Adami non solum habent Gratiâ, quâ possint benè mereri & perseverare, si velint, sed habent Gratiâ quandam potentiores, quâ fit, ut velint, ut Augustinus docet libro de

L. cit.

*Correptione & Gratiâ*. Itaque respectu hujus Gratiæ, quæ facit nos velle & perseverare, dicitur Vita æterna nobis donum Gratiæ, Angelis autem & primo homini, si non peccassent, merces Meriti; quamvis absolutè utrisque sit Merces & Gratiâ. *Alterâ vero causâ est*, quia nos post Adami peccatum indigni sumus facti Beatitudine & digni sempiterna miseria; neque solum non habemus velle bonum, sed neque posse id velle, nisi ex nova Dei benignitate id adsequamur. Quare respectu hujus novæ Benignitatis, quâ non eguerunt Angeli sancti, neque primus homo, si non peccasset, eguisset, dicitur nobis Beatitudo donum Gratiæ, quæ alioquin merces Meriti erat futura. Atque hoc est, quod Augustinus docet in Enchiridio, cum ait: *Post ruinam major est Misericordia Dei, quando & ipsum liberum arbitrium liberandum est à Servitute, cui dominatur cum Morte peccatum*. Exemplum ejus rei esse posset, si Rex quispiam athletas multos ad certamen pro insigni bravio obtinendo admitteret sua Benignitate, eosdemque armis & cæteris rebus necessariis instrueret, deinde aliqui ex iis fortiter pugnando pertingerent ad Palmam, alii dicerent victi; sed Rex victos iterum ex nova liberalitate melioribus instrueret armis, atque ad pugnam rursus admitteret, ac demùm efficeret, ut ipsi quoque victores evaderent. Tamen si enim bravium absolutè omnibus, qui vicissent, & Merces esset & Gratiâ, tamen, si priores cum posterioribus conferrentur, rectè dici posset, prioribus mercedem Meriti, posterioribus donum Gratiæ bravium illud fuisse. *Quinta obiectio*, Augustinus

Lib. III.  
de lib. arb.  
cap. 18.

alibi iterum sic loquitur, Ad probare fallâ pro veris, ut erret invitus & resistente ac torquente carnalis vinculi dolore, non posse à libidinosis operibus temperare; non est natura instituti hominis, sed pœna damnati. *Bellarminus respondet*, loquitur Augustinus de natura, qualis fuit in primo homine, non qualis esse potuit; nam in eodem libro scribit, ut supra notavimus, *Si ignorantia & difficultas essent naturalia hominis primordialis, non potuisse reprehendi, sed laudari peccatorem*. Et satis copiosè disputat in sequentibus, potuisse hominem creari, qualis nunc nascitur, etiam si nullum antè peccatum præcessisset. *Octava obiectio*, Naturalem nostræ carnis impetum magis nunc esse rebellem, quàm antè peccatum sine Gratiâ futurus erat; ex doctrina Augustini clarissima peti possunt argumenta: hæc Ejus enim sunt verba ex libro de Correptione & Gratiâ: *Ille, Adam scilicet, in*

L. cit.

bonis erat sua natura, nos in malis natura sumus. Ille non eguit morte Christi, supple, ut Sanitatem conservaret; nos egemus, supple, ut Sanitatem reciperemus, clamante Paulo, Quis me liberabit &c. Ille non opus habuit adjuutorio contra rixam carnis, nos illo opus habemus. Ille denique accepit Gratiam, quâ potuit, si vellet, (vel voluisset;) nos accepimus, ut velimus, idque tantum velimus, tantoque diligamus ardore, ut voluntatem contraria concupiscentem voluntate Spiritus vincamus. Haud dubie igitur pura illius naturalia, seclusâ Gratiâ & dono Justitiæ, multò erant saniora & puriora, ut, quæ minori remedio conservabantur, seu perficiebantur, quàm nostra sunt, sublatâ jam Gratiâ. *Bellarminus respondet*, ex verbis Augustini non potest ulla ratione colligi, naturalem nostræ carnis impetum magis nunc esse rebellem, quàm ante peccatum sine Gratia futurus erat; neque illud, pura naturalia fuisse saniora & puriora ante peccatum, quàm modò sint post peccatum. Nam primum, non dicit Augustinus, Adamum fuisse in bonis naturæ, nos esse in malis naturæ, sed hæc sunt eius verba: *Ille in bonis erat, que bonitate sui Conditoris acceperat.* Et paulò post, *Sancti vero in hac vita, ad quos pertinet Gratia liberationis, in malis sunt &c.* ubi nulla fit mentio Naturæ. Et ex superioribus verbis intelligimus, Eum loqui de bonis Gratiæ, non Naturæ, sic enim ait: *Quid ergò? Adam habuit Dei gratiam? Imò verò habuit magnam, sed disparem. Ille in bonis erat, que bonitate sui Conditoris acceperat &c.* Itaque sensus eorum verborum esse videtur, Adamum fuisse in bonis Gratiæ originalisque Justitiæ, nos esse in malis, quæ ex amissione Gratiæ redundarunt. Sed fac, Augustinum dixisse, *Ille erat in bonis Naturæ, nos sumus in malis Naturæ;* quid inde colliges, nisi, Adamum habuisse naturam per supernaturale donum ab eo sanatam morbo, qui ex conditione materiæ nasci potuerat; nos habere naturam illo dono privatam, ac per hoc naturali ægritudini obnoxiam atque subiectam? *Deinde*, quod Augustinus addit, Adamum non eguisse Christi morte, nos egere; illam habet causam, quam Augustinus ibidem indicat, cum ait, nos à reatu hereditario & proprio liberari Sangvine Christi. Hinc enim sequitur, ut Adam in illo statu Christi Sangvine non eguerit, quia nullum habebat reatum hereditarium vel proprium, à quo liberandum esset; nos verò Christi Sangvine egeamus, quia reatum hereditarium vel proprium omnes habemus. Quid autem hoc pertinet ad probandum, pura naturalia fuisse in primo homine, seclusâ Gratiâ, saniora, quàm nostra sunt? *Præterea*, quod addit ibidem Augustinus, Adamum non eguisse adjuutorio contra rixam carnis, nihil est mirum, cum in eo Justitia originalis sustulerit rixam carnis. Neque enim scribit Augustinus, Adamum in puris naturalibus, seclusa originali Justitia, non opus habuisse adjuutorio contra rixam carnis, sed Adamum in illis bonis, id est, in statu illo Felicitatis, in quo munere Divino originalis Justitiæ ornatus atque instructus nullas carnis molestias patiebatur, non habuisse opus illo adjuutorio, quod nos addidit imploramus, cum dicimus, *Quis me liberabit &c.* Proinde lætiore Gratia donatus fuit Adamus, nos potentiore, quia Gratia in illo non solum Deo mentem subiciebat, sed etiam Spiritui carnem; in nobis autem, relicta carnis pugna cum Spiritu, Dei gratia tanto ardore mentem Deo subjicit, ut adpetitum inferiorem contraria concupiscentem adpetitu superiore vincamus. Hinc denique factum est, ut placuerit Deo, primo homini Justitiæ originali prædito solum dare Gratiam, quâ posset Justitiam operari, si vellet; nobis autem illâ spoliatis Justitiæ Gratiam dare potentiorem, quâ re ipsa vellemus. *Nona objectio*, In parvulis, quam primum adoleseunt, maxima vanæ cupiditatis abundantia adparet, suaque sponte immani impetu in vitia vel omnia vel plurima feruntur præcipites, de qua re Augustinus: Non sic homo in puris naturalibus in lucem fuisset editus; nuda enim fuisset in illo possibilitas peccandi, non aliqua præceptio inclinatio. *Bellarminus respondet*, Probanda erat argumenti adsumptio, gratis enim adsumitur, non talem fuisse futurum hominem in puris naturalibus conditum, ut in eo præter peccandi possibilitatem esset præceptio etiam inclinatio in vitia, qualis cernitur in nobis post lapsum Adam; quin potius apertissima ratio docet, talem omnino futurum fuisse hominem in puris naturalibus, ut in eo esset præceptio illa inclinatio in vitia, tum quia objecta Sensuum propinqua & præsentia sunt, objecta autem Spiritus quodammodò absentia ac longè remota; tum quia toto Infantia ac Pueritia tempore vix ullum habemus usum rationis, ob naturalem organorum indispositionem, Sensus autem & adpetitus inferior quovis tempore vigent; tum denique, quia, nisi ex materiæ conditione illa inclinatio ad vitia oriatur, nulla ejus causa potest demonstrari. *Decima objectio*, Si talis sensualitatis impetus saltem secundum quid & ratione Materiam contra hominis Naturam in primo homine fuisset, tunc sanè etiam ante peccatum homo corruptam naturam & adlicentem ad peccatum habuisset. Sed si hoc ponatur, diffi-

Lib. 22. de  
Civ. Dei,  
cap. 22.



Lib. V.  
contra  
Jul. c. 3.

difficillimum erit, DEum excusare, ne sit author peccati, qui impetum tam rebellem & iniquum, ideoque malum, & quidem peccatum, quia inobedienciæ quædam est contra dominatum mentis, ut Augustinus ait, ipsi naturæ ante ullum hominis demeritum indidit. Sed contra clamat Scriptura, quod DEus fecerit hominem rectum, utique, sine tali curvitate; ipse autem, homo nimirum, se immiscuerit infinitis Quæstionibus, rixis videlicet & pugnis carnalibus. *Bellarminus respondet*, In hoc argumento non rectè confunditur Status, in quo Adam re ipsa fuit conditus, cum eo, in quo conditus potuisset. Quod enim Scriptura clamat, à DEo rectum hominem esse factum, ipsum verò se immiscuisse infinitis Quæstionibus, verissimum est, quia DEus hominem condidit vestitum originali Justitia, quæ Pacem summam ac lætissimam inter carnem & Spiritum faciebat; ipse autem Adamus peccando illam amisit Justitiam, atque ita pugnam carnis & Spiritus sibi ipse peperit. Sed si DEus hominem in puris naturalibus condidisset, fecisset quidem in eo Sensu rectum, quia nullum ei vitiosum in se visisset habitum, sed tamen obnoxium rebellionis carnis ad Spiritum. Nec propterea difficile est demonstrare, quemadmodum DEus non sit author peccati. *Primum enim*, rebellionem illam DEus non fecisset, etiam si hominem in puris naturalibus condidisset, sed ea præter intentionem agentis ex conditione Materiæ consecuta fuisset. Nam neque Faber ferrarius rectè dici potest author rubiginis, quam ferreus contrahit gladius, tamen si ipse ferreum fecerit gladium. *Deinde*, Rebellio illa nec propriè est peccatum, (ut in libris de Peccato originis demonstrabimus, ubi etiam Augustini locum in argumento adductum exponemus,) nec necessariò ad peccatum inducit, ut Augustinus disputat in Opere de Libero arbitrio. Nam vel homini creato in puris naturalibus præberet

L. cit.

auxilium DEus, quo posset concupiscentiam coercere, aut ejus certè cupiditatibus non consentire; vel non præberet. Si præberet, non necessariò concupiscentiæ cederet homo; si non præberet, cederet quidem, sed non sua culpa, proinde nec peccaret.

L. cit.

Atque hoc ipsum his verbis Augustinus scribit in libro de *Corruptione & Gratia*: Si hoc adjutorium vel Angelo vel homini, quam primùm sunt facti, defuisset, quoniam non talis natura erat facta, ut sine Divino manere posset adjutorio, si vellet; non utique suâ cecidisset culpa, adjutorium quippè defuisset, sine quo manere non possent, vel poterant. Sequitur *undecima obiectio*, Contra accusatores Naturæ solent Patres peccati originis corruptelam nostro inventam vitio opponere, non ipsam Naturam, ut Ethnici faciunt, vocare Novercam. Vide Augustinum. *Bellarminus respondet*, rectè Patres docent, Naturam non esse accusandam, sed in Peccatum originale ærumnaturam

Lib. IV.  
in Jul.  
c. 12. l. II.  
de peccat.  
mer. cap.  
22 lib. 14.  
de Civ.  
Dei, c. 17.

omnium nostrarum causam esse referendam; nam DEUS hominem in ipsâ conditione fecerat felicissimum, sed eundem hominem sua inobediencia reddidit miserissimum. *Pro illustratione hujus objectionis addit Bellarminus*: At, inquires, quod Philosophi Gentiles accusent Naturam, eamque nobis non Parentem, sed Novercam fuisse dicant, argumento est, Naturam humanam, qualis nunc est, non talem esse, qualis naturaliter esse deberet. Respondet, Philosophos gentiles contraria de nostrâ sensisse natura, ut *Theodoretus* ostendit quinto ad Græcos libro. Alii enim hominem miserissimum, alii felicissimum à Naturâ conditum adserbant. Tullius apud Augustinum queritur, *Naturam nobis fuisse Novercam*. Contra Plato in tertio de Republicâ libro scribit, *hominem per corpus fieri posse beatum, esseque animantium omnium felicissimum*. Neque minus etiam Galenus in libris de partibus passim celebrat Authorem Naturæ, ut qui cum hominum genere egerit præclarissimè. *Porro*, cur Philosophi gentiles inter se de Natura humana disenserint, causa esse potuit, quia nonnulli spectârunt in homine in puris naturalibus constituto multa egregia bona, quæ in eo inesse ac mirificè elucere nemo inficiari potest. Alii mentis oculos convertunt ad eos defectus, qui ex conditione Materiæ præter intentionem agentis in natura hominis existunt; & quia æquum esse censebant, ut Author Naturæ hos etiam defectus suo submoveret Beneficio, ignorabant autem, quod nos ex Divinis didicimus Scripturis, illos defectus à DEO in primi hominis conditione sublato, rursus in peccati penam ex conditione materiæ orti permisos; ideo Augustinus rectè scripsit, Philosophos, qui Naturam adpellabant Novercam, *rem vidisse, causam ignorasse*. Restat obiectio *duodecima*, Concupiscentiæ carnalis inordinati motus maximè in genitalibus adparent, sed illorum ante peccatum nullus fuisset motus inordinatus, sed generationi serviissent sine ullo libidinis actu, ut longâ disputatione contra Pelagianos demonstrat Augustinus. Ergo

lib. 4. ad  
verf. Jul.  
cap. 12.

Ergo nec ullus alius Concupiscentiæ contra rationem impetus in puris naturalibus locum habere potuit. *Bellarminus respondet*, Argumenti adsumtio fuerat probanda. Nam Augustinus longâ disputatione contra Pelagianos demonstrat quidem, non fuisse in primo homine Justitiâ originali prædito ullum libidinis æstum, de quâ re nulla apud nos est dubitatio, non tamen demonstrat, *in puribus naturalibus* nullum fuisse futurum libidinis æstum, sed contrarium potius demonstrat in tot locis à nobis suprà citatis. Quare Conclusio illa, *Ergo nec ullus alius concupiscentiæ contra Rationem impetus in puris naturalibus locum habere potuit*, nec Augustino, nec Veritati est consentaneum.

Et hæc tenus *Bellarmini* ad argumenta contra Originalis Justitiæ Supernaturalitatem responsiones, de quibus, ut & ipsis ejusdem argumentis ante, quàm ordine videamus, quia non semel mentio *purorum Naturalium* in eis occurrit, ut potè quibus eorum hoc præsentæ Supernaturalitatis negotium innititur, præmitti debet omninò, quid de illo *purorum naturalium* Statu habendum sit, ex sensu nimirum Augustini, cujus & hic attendenda est Auctoritas. Hunc laborem dum egregie præoccupavit *Iansenius*, Professor antehac *Lovanienfis*, postmodum Episcopus *Iprensis*, placet eo hic contra Bellarminum uti, & quidem eò lubentius, quia hæc Controversia non est ex earum numero, quarum respectu Author *hic Romæ* fuit damnatus. Prolixissime autem hanc tractavit Quæstionem in secundo *Augustini* à se magno cum studio concinnati Tomo, tribus integris de *Statu pure Naturæ* Libris è quibus post illa, quæ alii nostratium contra hunc Statum ob servarunt, ea tantum excerpemus, quæ propius Instituto videbuntur intervire. Postquam igitur in Præfatione notanter generatim præmonuit, *hunc pure Naturæ Statum non solum Augustino, sed antiqua etiam Ecclesiæ*, videlicet ante Augustinum, fuisse ignotum, nec nisi à gentilibus olim & hereticis obtrusum, & post formatum Controversiæ Statum in primi libri capite primo, indicatâ simul differentiâ Sententiæ recentiorum ab opinione Pelagianorum, capite secundo quatuor status seu modos beandi attulit ex Augustino, ostendens, eos pure Naturæ repugnare, adductis pluribus ex augustissimo Doctore testimoniis. Progressus hinc ad argumenta, capite tertio primum huic Statui opposuit, desumptum ex ordine rationalis Creaturæ ad DEUM, ut Principium & finem, ut potè, sine cujus Amore condi non possit, vel potuerit, quod argumentum toto libro primo per multa capita deduxit, ex infinitis ferè Augustini testimoniis suo ordine laudatis docens, *Amorem illum, sine quo Rationalis Creatura condi nequit*, vel nequivit, *per veram inspirari debere Gratiam*, idque primò, ex amore Veritatis, secundò, ex amore Justitiæ, de quo amore Justitiæ, quid proprie sit, ex Augustino contra *Vasquezium*, ut & de ipsâ hæc Justitiæ, cujus Amor hic ab Augustino laudatur, ipso nimirum Deo, quin insuper quoque de Gratia necessitate ad hunc Amorem præstandum, ex consonantia doctrinæ Augustini, per aliquot agit capitula tertio, ex amore, quo Deus amatur gratis; quarto ex ipsâ Pelagianorum Sententiâ, adferentium, aliquem Dei amorem esse homini naturalem; quinto, ex amore Dei, quem Philosophi gentiles etiam prædicarunt; sexto, ex divisione Amoris creaturæ rationalis in charitatem & cupiditatem, in cujus expositione duas proposuit & explicare studuit difficultates, Primam, utrum Amor iste naturalis sit, & quo sensu duos exhibens modos, quibus is, quem ex Augustino supernaturalem esse dixit, ex Eiusdem mente naturalis etiam dici possit, cum additione diversorum septem documentorum, quibus indicatur, hanc de Amoris Deo debiti quoad diversum considerandi modum naturalitate & supernaturalitate doctrinam Augustini principiis esse consonam, longèque ab eis recedere, qui Deum viribus (absque Gratia Divinitus ad id concessa, de quâ paulò ante:) naturalibus diligi posse arbitrantur; Secundam, an Amor ille Gratiæ sit debitus rationali creaturæ Innocenti & quomodo: ubi de debito Gratiæ sufficientis ex Augustino contra *Lessium*, nostrum *Bellarminum*, & *Soarezium* item & *Vasquezium* egit, quinque ex Eo probans argumentis, Gratiam dilectionis DEI non posse sine culpa subtrahi creaturæ Rationali Innocenti, & aliquo eam modo esse debitam, deductis latius causis, cur Creatura rationalis condi non possit, vel potuerit, sine bonâ Voluntate & Sapientiâ, vel certè sine diligendi DEI & sapienter vivendi potestate, addens tandem, quomodo hæc bona Voluntas, in qua condi debet, vel debuit Creatura rationalis, sit vel fuerit & dici debeat Gratia. Et hæc tenus primum contra hæc pura Scholasticorum naturalia ex Augustino argumentum; cætera jam secundo sequuntur libro, videlicet secundum, ex fruitione quâcumq; beatificâ Summi Boni, quæ omnes creatas superat vires, desumptum primò ex dilectione Dei, ut potè quâ includat, secundò, ex illâ beatitudine, quam Philosophi ex lumine

Naturæ

vid. D.  
Dorsch.  
de Gratia.  
p. 116. seq.  
D. Calov.  
Syst. Theol. Tom.  
IV. p. 485.  
seqq.

Naturæ in Dei contemplatione posuerint. *Tertium*, quia Regnum Cælorum, quod supernaturalis est Ordinis non possit à purâ separari Naturâ sine Injustitiâ addita Justitiæ hujus declaratione ex Augustino. *Quartum* ex tribus ad Beatitudinem naturalem necessariis, videlicet, non falli, non offendi, non mori, quæ pura non possit adæqui Natura, ostensis in contrarium gravissimis puræ Scholasticorum naturæ erroribus, offensionibus item ac perturbationibus ejusdem, naturalem Beatitudinem interimentibus, moriendi præferri necessitate, naturali huic Beatitudini capitaliter contrariâ, demonstratâ insuper insaniâ Philosophorum, naturalem quandam Beatitudinem in eâ, quam esse puram putabant Naturam, machinantium, quod nimirum singularis sit Superbia, tantum Naturæ etiam puræ viribus tribuere, subjunctâ quin etiam contra Scholasticos, in specie *Svareziæ*, probatione, puram hanc Naturam, quam videlicet Scholastici fingunt, non posse, vel non potuisse mereri, ut resoluto corpore & relinquo naturalis Beatitudo ei, ut Merces detur, adductis tribus contra eam rationibus. *Quintum & Sextum*, ex ratione liberi ad bonum arbitrii, quo careret, vel caruisset homo in illo Statu, juxta mentem Scholasticorum, & hinc ex ratione necessitatis peccandi in operibus singulis. *Septimum*, ex parte Concupiscentiæ, ubi declaratur ex Augustino, *Julianum*, acerrimum inter Pelagianos Sanctissimi & augustissimi Doctoris Antagonistam, de Concupiscentiâ idem sensisse, quod Philosophi olim Gentiles docuerint, & hodiernum Scholastici de illâ in Statu puræ hujus Naturæ doceant. Et hinc nascuntur argumenta quædam contra hunc statum purorum naturalium specialia, ut potè *primum* ex parte Concupiscentiæ, quatenus nec bona sit, nec à DEO inferri potuerit; *Secundum* ex parte motuum Concupiscentiæ, ut potè qui nihil sint aliud, quàm peccandi desideria, solutâ Juliani objectione de bonitate eorum in Brutis; *tertium* exinde delumtum, quia sequeretur, licitum esse vel simile omnibus Concupiscentiæ motibus consentire, si Deus naturam rationalem cum eis crearet vel creavisset; *quartum*, ex Concupiscentiâ contra Matrimonium in purâ hâc Natura, quia iridem sequeretur, si in puris naturalibus rebellio membrorum ac libidinis fœditas fuisset naturalis, recta ratio, hoc est, Veritas Matrimonium disvasisset, & ad perpetuam invitasset continentiam; *quintam*, ex parte pudoris, in divulso comite libidinis, de quo præter alia ex Augustino docetur, eum in omnibus etiam animi libidinibus, tam etiam in his remissior sit, habere locum; *Sextum & septimum* ex parte Concupiscentiæ, ubi duæ rationes adferuntur à priori, cur Concupiscentia, de qua hætenus, cum purâ dari & stare nequeat Natura, & simul solvitur objectio eorum, quibus Rebellio Carnis videtur esse naturalis; *octavum* è translatione peccati originalis, de qua Augustinus contra Julianum, probante, Concupiscentiam non esse puræ huic Naturæ naturalem. Succedit nunc *octavum*, generalius ex Augustino argumentum, desumptum ab ignorantia illa profunda rerum agendarum & Juris ipsius naturalis invincibili, ex quâ manifestam sit, infinita ab hominibus etiam Sanctis peccata subinde perpetrari, ad eoque in purâ hâc Natura esse non potuerit. In *Tertio* jam libro progreditur *Iansenius* ad *nonum* ex Augustino argumentum, à miseriis humani corporis delumtum, quibus homo in purâ hujus Naturæ statu obnoxius dicitur, & quas huic Statui omninò impertinentes docet, ubi postquam in antecessum ostendit, quid non solum de illis, sed de quibusvis etiam damnationis æternæ malis homini quamvis Innocenti irrogandis ex absolutæ Potestatis & Voluntatis Divinæ intuitu aliqui Scholasticorum, nominatim *Vasquez*, *Svarez*, *Lorinus* senserint, confirmatâ Augustini Sententiâ, peccatum non posse non puniri à DEO, tanquam Justissimo mali vindice, addita etiam declaratione ex eodem, quamam illa sint pœnæ, quæ cum peccato tam arctè cohæreant, & facta hinc evictione, peccatorem in peccato manentem non posse fieri beatum, damnata in contrarium horrendâ illorum Sententiâ, qui putant, omnes etiam beatos pro sola DEI Voluntate citra injustitiam ad æternas posse damnari pœnas, quam & ratione pœnæ damni, & pœnæ sensus, Augustino advertam fuisse monetur; his, inquam, in antecessum ostensis, docet in hujus argumenti deductione *Iansenius* ex Augustino, ex vi Legis æternæ injustum fore DEUM, si miseras, quas Pelagiani olim & Manichæi quoque puræ adscriperunt Naturæ, innocenti imponeret Creaturæ, idem probans ex vi Divinæ Providentiæ, ut potè de cujus respectu vel Omnipotentia, vel Scientia, vel Justitia necessariò lædatur, subjunctâ observatione, Augustini in hâc Quæstione argumenta & testimonia non procedere ex hypothesei statûs Gratiæ & Super-naturalis, nec loqui Eum de pœnis *formaliter*, ut sunt culpæ correlativum, sed *materialiter* de quibusvis malis, prout adfigunt Creaturam rationalem, & hinc juxta Sententiam ejus nullum qualecunq; malû inferri à DEO posse creaturæ rationali sine culpâ, nec dici posse, Deum

DEam miserias puræ huic Naturæ & in eâ Creaturæ rationali inferre tantum permissivè, non positive, quam vis utroque modo DEUS esset injustus, sicut in universum DEO per puræ hujus Naturæ statum adscribatur crudelitas, in Manichæis olim & Pelagianis improbata, ut ut non ii solum, sed alii etiam Hæretici, nominatim Marcionitæ & dicti à *Tertulliano* Materiatii, quin & Philosophi gentiles cum Doctoribus Catholicis agnoverint, non posse sine Injustitiâ DEO miserias creaturæ innocentis adscribi, & hinc in diversos itum, fuisse errores, ne DEI læderetur aut lædi videretur Justitia, imò, hoc eodem argumento horum palpabilium malorum, si puræ sint Naturæ, deduci homines ad diversas impietates, ad blasphemiam in DEUM, quin & ad ipsum tandem Manichæismum.

Quia autem *Iansenius* à parte adversarij obijci vidit quædam Augustini loca ad tuendam Dei in hoc puræ hujus Naturæ statu Justitiam & Bonitatem, in speciem difficultia, idè de responsione ad ea sufficienti fuit sollicitus. Duo sunt præcipua, hic omnino cum Vindicis legenda. Prior hic est: *Multum movet Dei amor & timor. Timor, quia justus est; Amor, quia misericors est. Quis enim Ei diceret, quid fecisti, si damnaret justum? Quanta ergo Misericordia est, ut justificet injustum!* Ad hunc locum, inquit *Iansenius*, dupliciter responderi potest, primò, loqui Augustinum de præsentis Vitæ statu, quem peccando promeruimus. Nam post originalis culpæ meritum non solum quælibet corporis miseria justis (vel justificatis) permitti, imò inferri à Deo potest, quemadmodum ex calamitatibus justis Hiobi, & ex pluribus Augustini testimoniis abundè patet; sed ipsa etiam damnatio: Non quidem hoc sensu, quasi justum in Justitiâ persistentem Deus, qui omnia disponit justè, sine iniquitate damnaret; sed quia post lapsum hominis neminem, quantumvis justum tenetur impedire, ne rursus in peccatum damnationemque prolaberetur. Gratuitò quippè Deus homini dat Justitiæ perseverantiam & Justitiam; nec minus gratulatio debetur Deo, quod ab imminente citra auxilium Ejus damnatione justum, quam quod injustum ab ipsâ liberavit culpâ. Nihil istorum ante ruinam generis humani locum habuit, nam ibi ipsa hominis Innocentia ab omni miseria tutabatur, ipsa liberæ Voluntatis potestas, Gratiâ etiam juvante, si vellet, ab omni metu peccati & damnationis. *Hæc ubi prolixè ex Augustino deduxit Iansenius, addidit:* Alia tamen solutio verior est, corruptum esse Augustini locum; legendum enim videtur, *Quis Ei diceret, quid fecisti, si damnaret injustum?* Hoc enim primò postulat ipse S. Scripturæ locus, ex quo illa depromsit verba Augustinus. Nam cum Author libri Sapientiæ Misericordiam Dei in remittendis hominum peccatis vellet exaltare, illis utitur verbis, quibus etiam Augustinus, *Quis dicit tibi, quid fecisti?* Sed eo fine, ut ostendat, Deum argui non posse, si damnaret injustos; sic enim in Contextu præcedit & sequitur: *Nec timens aliquem dabis veniam peccatis illorum. QUIS ENIM DICET TIBI, QUID FECISTI? aut quis stabit contra Tuum judicium? aut quis in conspectu Tuo veniet Vindex hominum iniquorum?* quæ significant perpicue, neminem posse injustos à damnatione debitâ vindicare, aut Dei redarguere judicium, si iniquorum hominum peccata, quibus veniam dabat, Dei vindicta sequeretur. Totus denique locus ille, ad quem respicit Augustinus, & cujus utitur verbis, aliud nihil spirat, quam Dei in damnandis peccatoribus & justis non damnandis æquitatem. Nam inter cætera discretissimis dicit verbis, quæ meritò frannum quorundam Scholasticorum licentiâ debuissent injicere: *Cum ergo sis justus, justè omnia disponis. Ipsum quoque, qui non debet puniri, condemnare, ex v. 15.*

in Psal. 70.  
ab init.

cap. 12.

ut dubitari non possit, eandem hic & initio istius Commentarii doctrinam tradi. Nam verba nobis objecta videntur esse compendium eorum, quæ in hunc Psalmum latius de Justitiâ Dei in puniendis peccatoribus; & Misericordiâ in justificandis impiis tradere proposuerat: idcirco namque postea quoque fusius compescit querimonias murmurantium adversus Deum. Cùm enim pluribus eos arguisset, qui, cùm puniuntur, nihil se malè fecisse conqueruntur, idèdque se non recto (DEI) iudicio tanta pati: semper eos Divinæ Justitiæ freno reprimi, ac tandem hunc aheneum murmurantibus obijcit murum: *Erubescere, tu displice tibi. Nihil boni faceres, nisi ille bonus esset; & nihil mali patereris, nisi ille justus esset.* Hæc Augustinus ibidem. Tertio, correctionem hanc postulat ipsa difficultatis objectæ circumstantia. Istis enim verbis, *Quis Ei diceret, quid fecisti, si damnaret justum? Quanta ergo Misericordia Ejus, ut justificet injustum,* probare voluit Augustinus duo, quæ præmiserat capita, Deum timendum, & amandum, & timendum propter Justitiâ, amandum propter Misericordiâ, scribens: *Multum movet Destimor & amor, Timor quia Injustus est, Amor quia Misericors est.* Timori quippè Dei Justitiæ respondet in verbis objectis damnatio justis, amor Misericordiæ autem justificatio in justis. Quis autem audit unquam, non dico, ab Augustino, sed vel ab emota mentis homine, commendari Justitiâ Dei ex eo, quod justos Ipse damnaret. Quamvis enim aliqui recentiores Scholastici sint inventi, qui dicerent, posse à Deo justos damnari sine iniquitate; nemo tamen eorum eò usque deliravit, quod sciam, ut in hæc damnatione diceret elucere Justitiâ, & non potius dominium vel supremam potestatem Dei. Quid verò ineptius, quàm quod Deus justis suaderetur esse timendus, quia justos posset damnare? Exhortatio ista in Ecclesiâ Dei est inaudita, ubi potius resonant illa Apostoli verba: *Deus est, qui justificat, quis est, qui condemnet?* Repetantur hic etiam superius laudata Authoris libri Sapientiæ verba. Quarto, postulat hujusmodi correctionem totius doctrinæ Augustinianæ consonantia; nam tota moles Doctrinæ ipsius undique clamat, injustum esse Deum, si, non dico, justos Ipse damnaret, quod exhorret, velut capitaliter inimicum Deo, sed si vel quempiam quacunquè pœnâ sine peccati merito cruciaret. Quid ergo magis contra Augustinum dici posset, quàm Deum justum etiam posse damnare. Excepto enim, qui objicitur, loco, in universis Lucubrationibus Augustini nullum talis opinionis vestigium potest inveniri.

Rom. 8.

lib. III.  
de lib. arb.  
cap. 24.Ibid.  
cap. 19.

*Sequitur nunc alter Augustini locus,* in quo majorem esse difficultatem scribit Iansenius, Augustino nimirum docente, *quod Deus esset laudabilis, quamvis ignorantia veri & difficultas recti naturalis esset homini,* hoc est, si ignorantia & concupiscentia, quam nomine difficultatis intelligit, homini essent naturaliter concreate. Neque istam ab Augustino Sententiâ in libris *Retractionum* fuisse revocatam, sed potius confirmatam, Bellarminus etiam pro singulari argumento supra habuit. Sed responderet, *inquit Iansenius,* hypothesin Augustini, quâ ponit, Ignorantiam & concupiscentiam esse primordia hominis naturalia, longissimè differre ab eò puræ Naturæ statu, quem hæcenus oppugnâvimus, quod ex duobus capitibus puræ Naturæ capitaliter repugnantibus potest ostendi. Nam primò Augustinus in illâ hypothesi supponit, peccatum præcessisse, quod Ignorantiam ac difficultatem, totamque consequenter corporis mortalitatem promeruerit, atque integritatem primi hominis violaverit. Nam illa totius disputationis istius origo fuit, quod, cùm punitum esse primum hominem ignorantia, difficultate & mortalitate constitisset, quæstio moveretur, cur proles ejus cum iisdem nasceretur miseris, Augustino scribente: *Hic occurrit illa Quæstio, quam inter se murmurantes rodere consueverunt. Dicunt enim, si Adam & Eva peccaverunt, quid nos fecimus miseri, ut cum cæcitate ignorantia & difficultatis cruciatibus nasceremur? Qui & capite sequenti ostendit, hoc summo rerum Moderatori Deo justissime placuisse.* Defendit autem hoc Augustinus secundum quatuor modos incarnationis animarum, quos cogitare possemus, ut videlicet anima proles ex animâ parentis propagetur, vel in corpore jam corrupto nova creetur, vel ante creata ad illud mittatur à Deo, vel eò sponte labatur: Sed in omnibus illis quatuor modis supponitur, corpus parentis, & consequenter corpus proles, quod indè per generationem ducitur, & ab animâ proles quocunque quatuor modorum est animandum, primi parentis iniquitate violatum esse, ut potè, quâ tam sibi, quàm proli pœnam ignorantia, difficultatis ac mortalitatis accerlerit; hoc enim in singulis illis modis dilerte tangit. *Idubitanter Augustini verbis est ostensum, sequitur:* Ex quibus manifestum est, in totâ hypothesi illa Augustini peccatum hominis supponi, quod & sua & proles ignorantia, difficultate & mortalitate est punitum. Sed in hoc est inter illos quatuor modos differentia, quod in primo,

primo, quo prolis anima ex animâ parentis propagatur, istæ pœnæ non solum patris, sed & prolis, tanquam peccatricis Supplicia esse statuantur; in reliquis tribus tantum patris. Supponitur enim, animam prolis non ex animâ propagatam, sed vel creatam in corpore vitiatò, vel ad corpus vitiatum à Deo destinatam, aut spontè ad illud lapsam, nihil omnino peccavisse; & idèò illa non esse Supplicia animabus istis irrogata, sed primordia naturalia, ex parentis tamen iniquitate transfusa. Nihil (verò) illorum statui purè naturali convenit, in quo DEUS animam & corpus condere decernitur, non qualia meritorum atque suppliciorum ordo, sed humanæ Naturæ conditio flagitaverit, & ipsius meritorum Conditoris æquissimi Sanctitas & Sanctissimi æquitas. Una quippè circumstantia mutata sicut apud perspicaces & prudentes viros, ita multò magis apud ipsam Veritatem atque Sapientiam alias rerum agendarum regulas pœcit. Sed, quod *secundo* notat ad objectum Augustini difficilem locum *Iansenius*, alia longè capitalior inter hypothesein Augustini & puræ Naturæ statum est differentia. Hic enim essentialiter postulat, ut in eo nihil omnino Gratiæ sit, nulla Fides, nulla charitas, nulla ad Statum supernaturalem elevatio, nulla incorruptionis ac felicitatis æternæ, quam Fides Christiana credit futuram, expectatio; hypothesi verò Augustini in eo statu, quo Ignorantia ac difficultas naturalia essent primordia, ista supponit univèrsâ, quod ita manifestum est in Augustino, ut non possit ullo pacto in dubium vocari. *Hoc ubi prolissimè ex Augustino docuit Iansenius, subiunxit: Quid luculentius, quid apertius, quid ab omni ambiguitate defæcatus, quàm Augustinum in hypothesi suâ verum propriissimumque Gratiæ statum delineare? Nam & Fidem animabus difficultate & cœcitate quasi naturaliter laborantibus tribuit, & opera bona, & Sapientiam, & Justitiam, & adjutorium Misericordiæ Dei, & amorem seu dilectionem Ejus, & omnium Virtutum studium, & tendentiam in Beatitudinem, tandem & liberationem ab Ignorantiâ & difficultate, & corporis ipsius mortalis incorruptionem, & celestis incorruptionis locum, & civitatis beatissimæ gloriam, & triumphum de Diabolo, & Beatitudinem, in quam non suis viribus, sed Dei misericordiâ subleventur, & fruitionem æternitatis Dei: ut omnino manifestum sit, in alio nullo differre hypothesein Augustini à præsentis Gratiæ & supernaturalis elevationis, quem dicunt, statu, nisi quod in hoc præsentis statu difficultas & ignorantia sint reverà peccati pœna, non solum, quod Adam fecerit, sed etiam, quod filiis in culpam propriè dictam imputetur: in illo autem, quem Augustinus supponit, primus quidem Pater verè peccaverit, & corporis mortalitate, ac animæ difficultate, & cœcitate punitus sit, anima tamen prolis ejus nullo patris infecta peccato, pœnas ejus non ut pœnas, sed ut incommoda quædam subeat, eò, quod non ex anima Patris propagata, sed vel à Deo de novo in ipso corpore mortali sit condita, vel ad mortale corpus missa, vel spontè in illud lapsa, ubi cœcitatem ac difficultatem studio Pietatis ac Gratiæ Dei digerat atque superet, ut tandem reparatâ etiam corporis gloriosâ immortalitate ad æternam Divinæ contemplationis Beatitudinem transferatur.*

*Post hæc & alia plura sequentem addit objectionem Iansenius: Sed inquit, saltem hoc in istâ hypothesi clarè videtur Augustinus velle, quod Ignorantia ac difficultas, hoc est, Libido, cui pudor ille naturalis est adjunctus, itemque gravissimum illud miseriarum jugum, quod nobis ex mortalitate corporis est fabricatum, esse possit homini naturale, nullo in animâ prolis, quæ illo premitur jugo, præcedente peccato. Falsum est igitur saltem id, quod antè diximus, pudorem esse non posse naturalem, eò quod hominem sui puderet Authoris. Falsum & illud, quod Ignorantiam ac Libidinem diximus non posse à Deo concreari, eò quod sint mala peccandi desideria, quæ libertatem operis boni tollant, peccandi necessitatem & consentiendi licentiam adserant, aliaque quæ superius sunt explicata. Falsum & illud maximè, quod sine Dei injustitiâ negavimus posse creaturam rationalem tot premi miseris. Si enim naturalis ponatur esse cœcitas, difficultas & mortalitas, animâ pœnam Parentis, non peccatum subedinte; profectò jam pœnam, hoc est, pœnales afflictiones sine afflicti culpâ cernimus, totaque moles argumenti antè texti funditus ruit. Difficultatem istam gravem esse non inficior, inquit *Iansenius*. Aderit, spero, Deus, ut istam quoque ex Augustini mente difilemus. Tam sunt enim firma atque munita, tot testimoniis clarissimis cumulata, quæ contra Pelagianos ad subvertendum eorum commentitium puræ hujus Naturæ statum ex Justitiæ Dei consideratione proposuit, ut quidquid ex Augustini Scriptis adversus ea profertur, intrepidus dixerim, verum esse non possit. Ad illud igitur, *Ita porrò Iansenius*, quod pro pudore dicitur defendendo, facilius est responsio; dicendum enim, quod in hypothesi,*

quâ difficultas recti, hoc est, libido, & pudor, comes ejus, esset eo, quo dictum est modo, naturalis, creatura sine dubio erubesceret (vel erubisset) non minus, quam nunc, abire, ut de opere Conditoris, sed de vitio, quo rectitudinem operis Divini parentum culpa pervertit. Jam enim diximus, non aliter cœcitatem & libidinem in hypothesi Augustinianâ dici naturales, nisi quia sine culpâ prolis, parentibus tamen corpus mortalitate, animum Ignorantiâ ac libidine vitiantibus. Supponitur enim, totam peccati pœnam, perinde ut nunc, sed sine culpâ transire, quam postea Sententiâ Pelagianismi ramus quidam amplexus est, in quâ Sententiâ pudor ille naturalis nullas facit angustias. Nam si culpâ proles careat, sive polluta sit, semper pudor non ex opere Dei in genus humanum, sed ex vitio peccatoris invehitur, quod pudorem non ipsi solum, sed etiam proli- bus, vitium illud in corpore rebellante & in animâ concupiscente præferentibus facit. Nihil enim asitatus, quam ut pudenda Parentum facta filii, & filiorum parentibus infamiam creent ac pudorem. Quod si generaliter verum esse probat Experientia, quanto verius erit, quando ipsam probri paterni inhonestatem filii, frontibus quoque gerunt inultam. *Ad illa autem, quæ pro Ignorantiâ & concupiscentiâ adferuntur, dicimus, illa tunc habere inexcusabiliter locum, quando sic sunt naturalia, ut homo melior, quam factus sit, esse non possit, hoc est, quando illi deest adjutorium Gratiæ, per quam solum & unicam vitii istis naturalibus homo & resistere & mederi potest. Hoc autem Status ipse purorum naturalium sibi necessario consortium habet; Gratiâ enim resistendi & medendi penitus caret, nec alius omnino ullus superest sese ab istis malis tuendi, multoque minus liberandi modus. Nam quod recentiores fingunt adjutoria resistendi concupiscentiæ & cœcitati naturalia, Deo non cœlitus animi tenebras illustrante & cupiditates frænante, Philosophiæ humanæ machinamenta sunt, quæ Augustinus in Pelagianis doctrinæ Christianæ soliditate contrivit. Nam apud illos similiter decantatum illud erat, *hominem sufficere ingenitis sibi moribus leges dare, hominem ad aliquid laudabile cordis generosi stimulis incitari.* Per quæ non aliud, nisi moraliter bonos resistendi conatus & Virtutum actus ista hæresis prædicabat, sicut fusè diversis ex Augustino locis demonstravimus; nam hujusmodi paradoxa Pelagiana semper sustinuit Augustinus ex diversis capitibus, quæ deduximus, non posse sine Doctrinæ Christianæ lætione defendi. Si enim tunc potuisset concupiscentia per auxilium naturalis ordinis frænari, profecto posset, & nunc, cum sit ejusdem conditionis, roboris & firmitatis homo, cujus tunc erat; posset igitur & nunc per Naturæ vires naturalem servare legem, quod ut diximus & latius alibi dicemus, Catholicæ Doctrinæ autoritate damnatum est. Nam auxilia naturalia ad servandam Naturæ legem & ad resistendum libidinibus, ne in peccatum trahant, Naturæ rationali debita sunt; ergo neque nunc negarentur, quemadmodum concursus naturalis ad bene vivendum nemini, Scholasticis etiam contentibus, negatur. Hæc est ergo causa, quod Idem, videlicet Augustinus, in illâ hypothesi suâ, quæ ponit, Ignorantiâ & difficultatem esse naturalia, sollicitè semper quærit adjutorium, quo ad non consentiendum atque peccandum creaturâ muniat; cujus ei tanta est cura, ut alioquin eam, consentiendo fœdissimis motibus & irritamentis cupiditatum suarum, innoxiam esse futuram, prout & nos supra declaravimus, satis ostendat. *Hanc in rem ubi aliqua ex Augustino adduxit Iansenius, subjunxit:* Hæc apertissimè demonstrant, non aliam adferre Augustinum excusandi Creatoris modum, quam quia multiplicem, Fidei Spei, Dilectionis, Orationis, adjutorii gratiam talibus animabus difficultate ac cœcitate prægravatis dedit, quibus illa vincerent, ut tandem victores à terrenis omnibus vinculis expediti in æternâ felicitate & felici æternitate triumpharent. Quæ omnia, quia puræ hujus Naturæ statum non modò deficiunt, sed funditùs etiam subvertunt, perpicuum est, ea, quæ hic de difficultate & ignorantia (tanquam) naturalibus dicuntur, intactum prorsus sinere, quidquid ex Augustino protulimus supra, ut concupiscentiam & ignorantiam in puræ hujus Naturæ statu doceremus esse impossibilem. Procedunt enim ex hypothesi, quod nullum ibi Gratiæ auxilium adversus pœnales illas malignitates vel malignas pœnalitates creaturæ est in promptu, quod hic dari copiosè hypothesis Augustini ponit; tunc enim creatura prorsus & ignorando, & concupiscentiâ, & consentiendo, & per omnes suas libidines volutando, non solum inculpabilis, sed etiam bona esset.*

*Verum adhuc restat objectio, quam Iansenius sequentem in modum proponit:* Sed heu, inquires, quid jam pro tuendâ Dei Justitiâ in imponendo tot miseriarum, non modò corporalium cruciatuum, sed etiam ipsius molestissimæ libidinis jugo? hoc enim Augustinus  
satis

faltem absque ullo imponi posse peccato proficitur, quod toties antè negavimus. *Respondetur*, difficultas ista vel adversus adultos, vel adversus parvulos potest urgeri. Quod ad adultos seu majores natu ratione utentes attinet, angustia non multum premunt; facile enim responderetur, majores sine Dei injustitia talibus molestiis posse affligi ad promovendam eorum utilitatem propriam. Magnos enim & utilissimos fructus talium miseriarum perpeffio parit, sive ut exercentur in Justitia, sive ut suum agnoscant profectum in dilectione (ipsius) Justitia, sive denique ut per malorum tolerantiam majoris gloriae praemium consequantur. Haec autem tria tam magna sunt bona, ut merito debeat contemni, si justus etiam aliquid hujusmodi poenaliu[m] molestiaru[m] sine sua patiatu[r] culpa; nam pro jactura bonorum naturalium, sive corporis, sive animi, sive fortunaru[m], quas vocant, quae afflictiones & miseriae vocari solent, fit ei compensatio boni longè majoris. *Post aliqua*: Quemadmodum verò haec juxta Augustini mentem rectè de majoribus dicuntur, ita in parvulis nodum stringunt arctius. Cum enim in eis nulla sit examinanda vel exercenda Justitia, ut iterum iterumque proficitur Augustinus, & tamen illis quoque ignorantiam & difficultatem, omnesque corporis miseriae naturales esse posse fateatur, quomodo jam injustum erit illud grave Mortalitat[is] jugum? sin autem injustum, quomodo naturale? An sibi contra Manichaeos disserenti contrarius est Augustinus contra Pelagianos scribens, imperito peritus, tyroni Senex? Quomodo igitur in fine Vitae retractans repetit, *Ignorantia & difficultas etiamsi essent primordia hominis naturalia, neque sic culpandus esset Deus; sed laudandus*? Arctat, fateor, magnoperè haec difficultas, *inquit Iansenius*, ut, nisi audacius aliquid adferendi ipse Augustinus aperuisset viam, penè succumberem. Dico igitur, reverà haec duo esse contraria. Senex enim adversus Pelagianos purae hujus Naturae architectos dimicans, id quod incautius de parvulis contra Manichaeos fuderat, emendavit. Quod si nihil aliud omninò haberemus, nisi doctrinam illam sexcenties iteratam, juxta quam velut invictus ab omnibus Pelagianorum telis ad mortem usque defendit, *Deum omnipotentem & justum nullo planè modo posse Creaturam Rationalem tot miseriis, quot ex pura hujus Naturae statu fluere haeresis Pelagiana decernebat, sine culpa cruciare*; satis esset intelligentibus, ut Eum revocasse censeremus, quidquid quoquo modo adversus alias haereses in contrarium disputasset. Nunc autem bene habet, quod Ipsemet animadverterit suam hallucinationem, & infirmitatem praecedentis doctrinae, Pelagianis jam exortis, redarguerit. *Id postquam illustri documento ex Epistola quadam Augustini ad Hieronymum circa explicationem Quaestionis de Origine Animarum confirmavit, ad objectum ex Retractionibus locum, què à Bellarmino etiam maximi inter alia fieri jam diximus, ita porro respondet Iansenius*: Illa Augustini verba non significant, Deum fore justum, si parvuli tanta sine causa paterentur mala, sed, Deum illo etiam casu posito in peccatis creaturae culpae non posse, sed adhuc merito laudari debere. Manichaei quippe, cum quibus in libris de libero arbitrio dimicabat, ut causam redderent malorum, purgabant creaturam, ut quae pura necessitate cogeretur peccare, & accusabant Deum, cujus natura genti tenebrarum permixta omnibus foedaretur ac violaretur malis, quae peccando perpetrantur. Hanc insaniam in illa disputatione subvertere conatur Augustinus, ostendendo, etiamsi Ignorantia & difficultas naturalia essent primordia, in quacunque quatuor illarum de animae incarnatione Sententiarum, quas ante commemoravimus, inculpabilem manere tamen Creatoris substantiam in peccatis creaturae, ut quae adhuc sola jure meritoque culparetur, quod Augustinus ipse in eadem Epistola ad Hieronymum aperte docet. *Hoc ubi iterum verbis Augustini prolixè ostendit Iansenius, subjungit*: Haec est ratio, cur, quotiescunque disputationis illius contra Manichaeos susceptae meminit, nunquam dicat, se sufficienter defendisse Justitiam DEI in illarum poenarum inflictione, sicut contra Pelagianos postulabat necessitas; sed temper, se in illa Sententia vicisse Manichaeos, qui tam detestabilia de Divinae Substantiae genti tenebrarum permixtae violatione ac pollutione delirabant. *Hanc in rem laudato ex opere de Domino Perseverantia quodam testimonio, addidit Iansenius*: Solutionem hanc ipsam respicit Augustinus in eodem loco Retractionum, qui nobis objicitur. Cum enim dixisset, Ignorantia & difficultas etiamsi essent primordia hominis naturalia, neque sic culpandus esset Deus, sed laudandus; statim adjecit, quasi clavem datae solutionis indicans: *Quae disputatio contra Manichaeos habenda est, qui non accipiunt Scripturas Veteris Testamenti, in quibus originale peccatum narratur &c.* Contra Pelagianos autem hoc defendendum est, quod utraque commendat Scriptura, quam se accipere profitentur. Ex his perspicuum est, scribit porro Iansenius, refellere Augustinum Manichaeos ex hypothese ad hominem, eaque falsà & im-

lib. 1.  
cap. 9.



possibili, sed quæ sufficeret ad revincendas eorum insanias. *Et iterum post aliqua:* Nihil enim vetat, verum ex falso, etiam impossibili, trahere. Impossibilis enim est hypothesis, ut peccator in suo rectè defendatur peccato; & tamen inde verum sequitur, Deum esse laudandum. *Deniq; adhuc post quedam:* Ex hac hypotheli similiter rectè sequitur, Deum in istis Naturæ primordiis adhuc esse laudandum, Dei naturam non esse mixtam cum gente tenebrarum, Deum à creaturæ sic conditæ peccatis esse remotissimum, quæ Augustinus in istâ suppositione contra Manichæos spectabat. Si enim tunc in illâ hypotheli peccat creatura, laudemus Creatorem, quia non peccat, nisi dum ab instituto sui Creatoris discedit. Si verò non peccat, laudemus Creatorem, quia nihil præter Creatoris instituta committit. Sed utrum hæc hypothesis ex aliis capitibus, sive DEI Justitiæ, sive Providentiæ, sive aliis, sit possibilis an impossibilis, alia est quæstio, quæ contra Pelagianos, illam quasi veram arripientes, postea ab Augustino liquidissime certissimeque est definita.

*Et hæc omnia hætenus contra Statum puræ hujus Naturæ & purorum naturalium, quem Bellarminus ad stabilendam Justitiæ Originalis Supernaturalitatem quasi pro fundamento posuit, ex Augustini mente Iansenius, plurimis & innumeris ferè testimoniis ea confirmans, undè manifestum Lectori Veritatis studiose esse potest, an sub initio tractationis verè scripserit: Quidquid alii minus excussis Augustini principis de illius mente suspicentur, nos post longum operosumq; illius difficultatis examen & principiorum Augustini collisionem adfirmare non dubitamus, plerosq; Scholasticæ doctrinæ professores, quemadmodum in explicando Naturæ lapsæ statu longissime ab Ejus mente deslexerunt, ut in adserendo puræ hujus Naturæ statu procul ab Ejus principis immobilibus, quibus tota Ejus doctrina adversus Manichæos & Pelagianos incumbit, solum potius humane rationis, quam Ecclesiasticæ traditionis consecrando, recessisse. Existimamus enim, hunc Statum, prout in eo à Scholasticis hominem sine peccato præcedente à Deo condi posse (vel potuisse) statuitur, principis Augustini penè omnibus ex diametro repugnare. Constabit porro, an ex veritate post prolixissimam hujus Controversiæ tractationem, paulò ante responsum ad objecta in contrarium Augustini testimonia, idem Iansenius scripserit: Ex hac constanti & undiq; sibi consentiente Augustini doctrinâ patet, nihil à principis Ejus abhorere magis, nihil capit aliis repugnare plerisque, quam puræ hujus Naturæ statum. Est enim Status, in quo neque Justitia, neque Sapientia, neque Veritas, neque Deus ullo amore, nisi carnali vitioque diligi potest; in quo nulla DEI fructu, neque parva, neque magna, nulla Beatitudo supernaturalis, nulla naturalis. Est enim status erroribus cæcus, offensionibus inquietus, perturbationibus miserabilis, moriendi necessitate damnatus; in quo nullus amor, nisi creaturæ, nulla libertas arbitrii, nisi nociva, nullus actus, nisi perversus & malus; in quo perpetua contra semetipsam lucta creaturæ, quam neque Deus dare, neque creatura sedare potest; cui naturalia sint sola & omnia peccandi desideria, quibus eadem Naturæ lege indulgere liceat, quæ etiam libet. Bonum est, enim, quod naturaliter libet; in quo creaturam pudet de operibus Creatoris, & nominare & monstrare & facere erubescit opus, quod Deus instituit; in quo profundissimarum agendarum ignorantia quæ per se fit, ut ei liceat, quidquid Naturæ lege damnatur; in quâ tam horrendo omnium miseriarum jugo humanum genus atteritur, ut & Philosophi, & heretici, & antiqui Catholici exhorruerint, illud Deo adscribere, ut pote quod defendi non posset sine blasphemâ Creatoris, quâ tantâ crudelitate & injustitiâ seviat in creaturam, ut eam innociam acerbissimo plectat supplicio. Quam enim immensam & quam horribilium malorum atque miseriarum seriem status ille complectatur, quis mentefacile cogitet? quis festinanter exponat? Patebit itidem ex compendiosa hac deductione, quam plenior in loco Lector Veritatis studiosus non absque plurimæ Etuditionis augmento evolvat, an idem Iansenius post hæc omnia ritè ad objectionem ultimam ex Bullis duorum Pontificum desumptam responderit, in quibus sequens Articulus fuit damnatus, Deus non potuisset talem ab initio creare hominem, quæ nunc nascitur.*

lib. III.  
cap. 15.

August.  
contra  
Julian.

Juvat autem, etsi prolixius, hoc responsum ob multa in eo notatu dignissima cæteris adponere, ut inde etiam Augustini autoritas eò magis confirmetur. Est illud tale: *Tota vis argumenti hujus ex Apostolicæ Sedis autoritate petitur, quæ omnibus Catholicis tanquam filii obedientiæ veneranda est. Sicut ergo ipsi nobis verendum putant, ne istam velut Augustini doctrinam adherendo in duorum Pontificum decretum Ipse, nimirum Augustinus, impegisse videatur; ita multò magis formidandum est adversariis, ne eam negando Sedem Apostolicam longè præsentius & periculosius in septem Pontificibus lædant. Nam postquam Sedes Apostolica per*

per novem, partim doctissimos, partim Sanctissimos Pontifices suos, Innocentium, Zosimum, Bonifacium, Sixtum, Caelestinum, Leonem, Gelasium, Hormisdam, Johannem Secundum, *Augustini* tanquam optimi Magistri celestem doctrinam adversus haeresin Pelagianam imploravit, probavit, laudavit, & ita suam fecit, ut de Fide fluctuantes ad ejus Scripta mitteret, ex quibus discerent, *quid Catholica sequatur & adseveret Ecclesia*; & ejus doctrinam secundum praedecessorum Pontificum Statuta Romanam sequi & probare Ecclesiam profiteretur, nefas est profecto, totius doctrinae contra Pelagianos exaratae bases in controversiam revocare. Hoc enim nihil est aliud, quam Pelagianos cineres fuscitate redivos, Ecclesiae victoriam redarguere, tot Sanctos Pontifices temerariae credulitatis & ignorantiae condemnare, Fidem denique ipsam ejus eruditione stabilitam novitate concutere. Quid enim universa Sancti Doctoris volumina spirant vehementius, quid sepius, quid densius, quid securius, quam haeresin Pelagianam, dum parvulos sine vitio & virtute cum tota Mortis miseriarum necessitate in statu purae hujus naturae conditos comminiscitur, injustum vel impotentem facere Deum? Quid inculcat acrius, quid majori auctoritate frequentius repetit, quam, pudendam concupiscentiam ex Apostolica doctrina esse malam, nihil aliud fuscitantem, nisi desideria peccandi, Deumque ejus authorem, quemadmodum & pudoris, non nisi erroneam & blasphemam opinionem dici posse? Cujusmodi doctrinam tantam defensionem constantiam, si propter Aristotelicas quasdam tricas deserere, aut potius evertere licet, profecto, quidquid Ipse, nimirum *Augustinus* de Gratia & Libero Arbitrio dixit, nisi in terminis sit definitum, eodem jure licebit limatiore quasi Philosophia labefacere; quod strenue profecto hoc Seculo a non-nullis Philosophicis istius Subtilitatis privilegio est factitatum. Eo quippe loci doctrina *Augustini* apud quosdam venit, tot Glossis est lacerata, tot alienissimis directeque pugnantibus, velut ruderibus, obruta est interpretationibus, ut nec *Augustinus* ipse, (flendo, non suggillando loquor,) vestigium ejus reliquum in eorum Scholis inveniret; ut longè satis esset, *Augustino* fronte resecta valedicere, quam tot humanas, ut mitissimè loquar, Imaginationes sub auctoritate Ejus venditare. Ignoscat Lector, dolor extorsit hanc parecbasin, eo quod tam sollicitè duorum Pontificum auctoritatem ab iis videam opponi, qui tantam celestis doctrinae molem, tantam tot antiquorum Pontificum auctoritatem non considerant. Sed quia verum vero non est contrarium, nec sibi metipsum Sancta, Pontificia, Romana Sedes, omnino satagendum est, ut ne posteriores a prioribus Pontific. videantur recessisse. Itaque Propositio, quae objicitur, necessarium habet interpretationis beneficii. Si quis enim, quem ad modum sonat, velit accipiendam, profecto hominem peccatorem, ab initio Deus creare potuisset; talis enim nunc, nemine Catholico dubitate, nascitur, quod si peccatum excipi merito velis, quamvis nullo (plane) modo hoc sonet Propositio; excipe igitur eodem jure Pietatis erga Deum, quidquid sine peccato esse non potest. Talis est autem in primis foedissima illa & pudenda Concupiscentia, talis profundissima Juris naturalis ignorantia, talis est malitia quoque voluntatis, quam *Thomas* & omnes Ejus Sectatores vulnus naturae rationalis omnibus inflictum statuunt. Haec enim tria tam arctam cum peccato habent conjunctionem, sive ad illud directe per peccandi desideria incitando, sive aliter concurrente, ut eorum Deus, omnis fons honestatis, auctor creando esse non possit; haec enim ratio est, cur habitum malum ad peccata concitantem Deus creaturae rationali, ut rectissimè multi Authores sentiunt, infundere non possit. Haec etiam ratio est, cur Christo Domino nemo audeat vel illam ignorantiam, vel pudendam concupiscentiam, vel malitiam voluntatis adscribere. Quod si nemini vertitur culpa, mali habitus infusionem a potestate DEI, ceterasque labe foedissimas a puritate Salvatoris remove, qui, quidquid innoxium Ipse potest condere, etiam adsumere potest; liceat, obsecro, profundissimo Ecclesiae Romanae Doctore turpissima ista creaturae rationalis inquinamenta sine erroris invidia a Sanctitate Creatoris depellere, quod non nulli etiam Scholastici (*Salas, Malderus, Palud. &c.*) judicio maturiori ponderantes, apertissimam rei veritatem ducti, concupiscentiam a Deo purae hujus Naturae statui vel omnino dari non posse, vel certe Dei auxilio esse frandandam senserunt, quam moderationem formido novitatis, non judicium veritatis extorsit. Nam hoc ipsum penè est perinde, ac si tollerent; palamque intelligentibus produnt, luctam carnis & Spiritus esse vitium, non naturam creaturae rationalis, aliterque Propositionem nobis objectam esse intelligendam, quam Patroni concupiscentiae Spiritui rebellantis cum qua nascimur, vulgo putant. Quod si propter conjunctissimum cum peccato nexum concupiscentia a DEI creatione debet removeri, nulla est ratio, cur non omnes illae poenae mortalitatis, quas parvulos pati cernimus, ab eadem Dei potestate separentur.

Nam sicut DEI Sanctitas ignorantia, concupiscentia, malitia que concreatione necessario est polluenda, ita Ejus Justitia tam dira Innocentium afflictione violabitur; utraq; enim indivulla conjunctione cum iniquitate sive sequente sive precedente sunt sociata, utrumque pari fiducia *Augustinus* docet, neutrum, quod sciam, ante millesimum Annum & seculum Scholasticorum in controversiam fuit vocatum. Quid ergo ad Propositionem, quam proscripsit Apostolica Sedes. Hæreo, fateor. Sed quid ad doctrinam *Augustini* clarissimam constantissimamque, quam toties probavit & sequitur, sequendamque monuit Apostolica Sedes? Nam si fundamentales illæ contra hæresin Pelagianam doctrinæ sunt proscribendæ, non inter optimos Magistros haberi semper à Summis Pontificibus, sed ignavissimos, non cunctis venerationi & amori, sed contemtu esse debuit. Nemo quippè obtusius Ecclesiæ causam contra Pelagianam puræ hujus Naturæ machinam defendit unquam, nemo miserabilis prodidit. Quid enim inepius, quid heberius, quid infamius victricis Ecclesiæ armis, quàm homines, omnium Scholasticorum judicio rem possibilem, imò conditioni humanæ profus congruam, maximèque naturalem adserentes, velut impossibilia, injusta, impia, blasphema commenta delirantes redarguere? Hic pugnent ac triumphent, qui Ecclesiæ perniciem meditantur; non *Augustinus*, non quicumq; tandem de face pugil in Ecclesiæ causâ Christianus. Ne igitur Pontificiam Sedem in pugna secum relinquamus, nihil arbitror opportunius dici posse, quàm Ecclesiam Romanam, cui non minus Pax, quàm Eruditio filiorum

NB.

suorum cordi est, prudentiæ directricis censuram edidisse; multæ enim doctrinæ magis inusitatâ novitate suâ, quàm falsitate perturbant. Ex quo fit, ut nonnunquam proscribantur non-nullæ Propositiones, de quarum veritate nihil non modò decreverit, sed nec decernere se velle profiteatur, scilicet Ecclesia. Hoc igitur tanquam prudens Mater etiam hic meritò sibi usurpandum esse duxit. Cum enim cerneret, hanc Propositionem, *DEus ab initio talem potuit creare hominem, qualis nunc nascitur*, communi Scholasticorû consensu, certo sensu in Scholis esse receptam, ne contraria nimirum sententia, lites, offensiones & scandala novitate suâ generaret, sicut jam ipsa teste Bullâ cœperat generare, eam tantisper censuit vetandam, non tanquam falsam, sed ut Pacis inimicam. Quod si vel tunc ostendi potuisset, hanc aliasq; non-nullas positiones ab *Augustino*, omnium Doctorum Coryphæo, tam intrepidè à tot Seculis, nemine retragante, sed Ecclesiâ Romanâ per diversos Præsules suos adplaudente, traditas esse, abstergâ videlicet per tanti Doctoris auctoritatem & antiquitatem opinionem falsitatis, offensaq; novitatis; nunquam arbitror hujusmodi Decretum ab Apostolica Sede promanâisset, quod nulla conciliancæ Pacis extorqueret necessitas, quæ conciliandi ratio eò videtur esse genuinior, quod duobus modis Bullæ congruat. Nam & ad literam istâ Propositio stringitur censura, quatenus proscribit offensas; (sufficit enim unâ esse Sanctionis parte comprehensam,) & aliqua ratione, ut verba sonant, ad Authoris mentem defendi posse decernitur. Quibus enim Propositionibus hoc verius & justius applicueris, quàm quæ præpostera quadam Philosophandi cura cum oblitteratæ fuerint, ab *Augustino* traditas ac fortissimè defensas esse, non ambigua Principiorum Ejus demonstratione, & consonanti undique testimoniorum adclamatione convincitur. Aliam quærat, per melicet, cui ista non sufficit, solutionem; sed ita quærat, ut meminerit, sic sibi factam rectamque tuendam recentiorum Præsulum Apostolicæ Sedis auctoritatem, ut ne Veterum ac plurium pernicio sibi lædat. Nam futilibus glossulis aperitissimæ doctrinæ molem ad novos præoccupatosq; torquere sensus, de quibus *Augustino* nunquam vel per somnium venit in mentem, non est *Augustini* doctrinam pro sua, sed suam in *Augustino* quærere; non Veritatem indagare, sed obtruere, quod sæpiùs à multis in rebus capitalibus cum indignatione & gemitu factitatum vidi.

*Hæc iterùm omnia Iansenius*, in quibus et si conatus fuerit laboranti in hoc argumento Romanorum Pontificum infallibilitati, tanquam obediens Ecclesiæ filius, pro viribus succurrere, neq; tamen hocce conatu suo vel *Romæ*, vel ipsi etiam Veritati *Augustiniana*, quam suscepit defendendam, satis ex asse fecit, & si, quod res est, dici debet, præsentiam hanc infallibilitatem Pontificiâ non parùm labefactat, si non planè & in totum prostermit. Num enim studio Pacis Sedem Apostolicâ non-nullas Propositiones proscribere nonnunquam dicit, de quarum veritate tamen nihil decreverit, nec decernere se velle profiteatur, nec tanquam falsam, sed ut Pacis inimicam censuerit vetandam hanc sententiam, id de Sede & Ecclesiâ Papali scripsit, quod non-nisi juratus hostis ejus, & simul in magnâ Veritatis *Augustini* præjudiciû scribere potuit. Quid enim, an propter qualècumq; inter filios veritatis incurritatores pacem mater Ecclesia, quæ ex officii ratione veritatis proma & cõda esse debet, veri-

ratem damnare, aut ne publicè doceatur vel contra adversarios defendatur, prohibere potest? Annon utriusque Testamenti Oracula & in hanc rem Monita Veritatem Pacis præferunt, aut ad minimum ita conjungunt, ut hæc illam quasi pro fundamento debeat agnoscere, inò illa hujus quasi vinculum sit, sine qua nunquam fida & sincera Pax esse possit? Certè, id quod ipse *Janfenius* non obscurè indicavit, si Pontifices Romani tanquam Ecclesiæ Pastores de Propositionis damnatæ vel veritate vel falsitate censuram edere pro ovium bono & informatione decreverunt, Apostolici Muneris ratio postulat omninò, nulla hic agi vel circumagi præcipitatione judicii, neque eam cujuscunq; etiam Pacis respectu damnare Propositionem antè, quam de ejus veritate vel falsitate sufficienter constitisset, præsertim cum in eà non agatur de lanà quâdam caprinâ, aut Alni alicujus Arcadicæ umbrâ, sed de re maximi per omnia momenti, videlicet ipsam Dei Omnipotentiam, Sanctitatem & Justitiam concernente, de qua ex corrupti per Scoticas subtilitates cerebri lacunis omni ex parte impurissimis, & non potius ex limpidissimo Divinarum Revelationum fonte judicium haurire impertinentissimum est. Potestne insuper dici *Prudentia directrix*, quam *Janfenius*, nescio, an sincerè, Romanis adscribit Pontificibus, aliquam ex Cathedrâ & autoritate judiciariâ damnare Propositionem, sine præviâ ejus discussione, verane sit an falsa, sed ex eo tantum capite, quod nova videretur, quæ tamen verè nova non fuit, & quod existimaretur, eam per accidens posse scandala & offensiones in Ecclesiâ generare, si nimirum, contra Veritatis hostes ex debito defenderetur, ad quem modum *Augustinus* suo tempore contra Manichæos pariter & Pelagianos defendit, ad plaudendum laudatis à *Janfenio* Pontificibus Romanis, quorum vestigia dum nuperi Pontifices *Pius Quintus*, & *Gregorius Decimus tertius*, quos cum prioribus conciliare frustra laboravit *Janfenius*, & post illos *Urbanus Octavus*, in suis contra hanc Propositionem & alias similes Bullis deseruerunt, non modò egregium jactatæ hæcenus & tot insignibus Elogiorum titulis commendatæ in re Fidei unitatis, sed & canæ Antiquitatis documentam Evangelicis præbent, cujus generis plura & in antecedentibus jam occurrerunt, & in sequentibus porro majori numero occurrent? Et quàm turpiter prostituit *Janfenius*, comet ipso, quo videri voluit quam maxime tueri Ecclesiæ Romanensis in indagandâ Propositionum Theologicarum veritate diligentiam omni modo & ratione debitam, dum credere vult Lectorem, hanc dictæ Propositionis damnationem à Sede Romanâ nunquam fuisse promanaturam, si tunc, ubi primùm facta est, constitisset, eam ab *Augustino*, nemine refragante, quin inò adplaudente, per diversos Præfules suos Ecclesiæ Romanensi traditam, & contra hæresin non unam fuisse defensionem; utpote testatus, hujus Propositionis damnationem cæco quodam impetu factam fuisse, minimè attentâ Scripturæ, quam *Augustinus* pro Normâ credendi constans agnovit, & antiquioris Ecclesiæ, etiam Romanensis, ad quam aliàs tantis provocari solet clamoribus, autoritate, quâ omninò posthabita & neglectâ id, ne in posterum doceatur, damnatum fuit, quod omnibus modis, si non aliam ob causam, certè ob antiquitatem canam erat defendendum. En, Lector amice, Spiritum vertiginis, quo hodie circumaguntur, quibus etiam circa res Fidei semper est in ore, sic volo, sic jubeo, stat pro ratione voluntas.

De cætero, quæcunque *Janfenius* prolixissimè contra purorum, vel juxta quosdam, qui accuratiores videri volunt, *merorum naturalium* Statum ex *Augustino* adduxit, quorum brevissimam per capita Epitomen exhibuimus, pleraque ita sunt comparata, ut paucissimis exceptis, ab Evangelicis etiam Doctoribus contra aliquos Novatores, quam vid. D. Calov. Harmon. pag. 717. & seqq. vis Antiquarii præ aliis velint videri, feliciter & non sine singulari fructu possint adhiberi, satis nimirum sufficientia ad prosternendum hunc errorem, qui non paucis hodie præ nimio Philosophicæ Subtilitatis studio veritas videtur, quos suo & aliorum complicum sensu abundare tandem, quia prohibere non licet, permittimus. *Paucissimis dico exceptis*. Præter enim, quod de ratione Matrimonii habet in argumenti generalis septimi ratione (speciali quartâ, non incommodè quidem stringens adversarium, attamen id supponens, quod adhuc est in Quæstione atque incertum, an nimirum Continentiæ donum in purâ hujus Naturæ statu, qui fingitur, & an verè melior Conjugio fuisset continentia, quod hodie cæco quodam castitatis (quæ tamen facilius longè jactatur, quàm ipso opere exhibetur), amore, utut contra expressam optimi Creatoris, & juxta Ejus tenorem, Apostoli Sententiâ, publicè docetur & defenditur, *Præter hoc, inquam*, nihil in totâ hæc tractatione occurrit, in quo *Janfenius* à regiâ Veritatis viâ videatur recessisse, quod ipsam videlicet concernit, nisi quod pura hæc naturalia ex *Augustino* refellès, in primo statim argumento generali, circa primâ de amore creaturæ rationalis, ejusve per distinctum considerandi modum

lib. 1. c. 15

modum naturalitate vel supernaturalitate, difficultatem enodandam, existimavit, *Lutherum & Calvinum hallucinari, Iustitiam Originalem*, quam Augustino potissimum esse dixit hunc amorem Dei, veluti cæterorum omnium bonorum finem, *pro naturæ bono habentes.* Atquisi Jansenio Evangelicorum (de Calvinisequarum minus solliciti nunc sumus,) de Imaginis Divinæ & præcipuæ partis, Iustitiæ nimirum Originalis adferatâ naturalitate mens & Sententia fuisset magis perspecta, videlicet, nullo planè modo negantium aliqua circa primi hominis perfectionem supernaturalia, post Lapsum amissa, verbigratiâ, intimam ejus cum Deo Creatore & summo Benefactore unionem, in specie, gratiosissimam Spiritûs Sancti inhabitationem, cujus respectu homo omnium creaturarum visibilium excellentissima meritò haberi debuit; addo ipsam Dei Imaginem concreatam, & præcipuas ejus partes, Iustitiam quam dicimus Originalem, perfectam quoque pro illius Statûs conditione Sapientiam, & quæcunque plura hominibilibilissimum Dei opus, in illo statu Innocentiæ habuit bona, certo quodam respectu supernaturalia, quatenus non fuerunt naturæ hominis in se considerata vel constitutiva, vel etiam essentialiter consecutiva, sicut hodiernum post lapsum virtutes Animæ potentiales essentialiter ipsam consequuntur & constituunt Substantiam, non ita scripsisset *Jansenius.* Videlicet hæc concessa Imaginis Divinæ & Iustitiæ præsertim Originalis supernaturalitas non prohibet, quò minus dicatur, has primi hominis ante Lapsum & in Statu Innocentiæ perfectiones simul etiam fuisse naturales vel connaturales, penitissime nimirum, nisi tristis intercessisset lapsus, & perenniter hominis naturæ inhærens, acin omnes posteros natorumque natos per multiplicationem vi Divinæ Benedictionis propagandas, atque hinc nunquam non quasi bonum naturale & intrinsecum exornaturas. Si hæc, dico, Evangelicorum Sententiam penitus habuisset perspectam *Jansenius*, vix *Luthero* hallucinationem objecisset, præsertim quia ipse, ut supra inonui, duos ex Augustino modos ostendit, per quos ille amor Dei, quem ex ejusdem Augustini mente Iustitiam dicit Originalem, sit & verè dici possit naturalis, imò in univèrsum statuit, ac eò usque progreditur, ut ipsam hominis à Deo creati Naturam, non solum ipse nominet Gratiam, (Stylo quamvis Ecclesiastico magis, quàm Biblico,) sed antiquitus etiam, & nominatim ab *Augustino*, ita vocatam fuisse adferat, de quo infra pluribus ex professo ageretur, nobis jam post necessariam Digressionem hanc propiùs ad Institutum, id est, nostrum regredientibus *Bellarminum*, visuris breviter, quibus argumentis Iustitiæ Originalis Supernaturalitatem ostendere voluerit, partim è Scripturâ, partim ex Antiquitate, partim ex ratione etiam desumptis.

Luc. 10.

*E Scripturâ* provocat ad Evangelicam de homine in latrones incidente Parabolam, quam de jacturâ donorum & virtutum, quas homo primus amisit peccando, exposuisse communi consensu Patres, interque eos *Augustinum*, scribit *Bellarminus.* Non urgebo jam, quod aliàs *Bellarmino* ex hoc Parabolæ Sensu ad hominem disputando solet opponi, cum id apud quosvis hujus Controversiæ tractatores soleat occurrere; nec etiam iterabo, quod sæpè in hujusmodi argumentis notatur, Theologiam parabolicam non esse in Controversiis Fidei per se argumentativam, ipso agnoscente *Bellarmino*, *ex solo literali Sensu efficacia peti argumenta;* Sed hoc solum observare erit alicujus operæ pretium, an allegoricam hujus Parabolæ explicationem, à quibusdam Ecclesiæ Doctõibus, & sic etiam ab *Augustino* adhibitam cordatioris in Ecclesiâ Romanensi Scriptores & Interpretes Scripturæ suo adprobârint & confirmârint calculo, utpotè ex quorûm consensu vel dissensu facile constabit, quid de hujus argumenti efficacia sit statuendam. Primus Sententiam dicat *Didacus Stella*, Ordinis Minoritarum sub finem Seculi prioris inter suos celeberrimus, in cujus super hanc Parabolam Enarrationibus hæc leguntur:

vid. D. Franz, de Interp. o. rac. 113. D. Tarnoy, Exercit. Bibl. p. m. 478. D. Glaff. Philol. S. p. m. 341. D. Dannh. Hermen. S. P. 456.

*Aliqui dicunt, hunc, qui à Jerusalem in Iericho descendebat, esse Adam & genus humanum, Scerdotem verò & Levitam esse Veteris Legis sacrificia, Christum esse Samaritanum, qui genus humanum Gratia & donis à Deo acceptis spoliatum à Dæmonibus, qui per Latrones significatur, curavit. Alii moralem doctrinam adducere volentes dicunt, hunc esse peccatorem, qui de statu Gratiæ ad statum culpæ descendit. Et sic quilibet pro libitu depingit. Quantum verò hoc distet à literali sensu Parabolæ, quicumque, etiamsi lippus & cæcus sit, facile poterit videre. Hæc verba ideò notatu digna sunt, quia in Editione Antverpianâ adhuc leguntur, de quâ tamen in titulo libri facta est promissio, quod ab infinitis erroribus ad Inquisitionis Hispanicæ decreta prorsus eliminata & summa fide fuerit repurgata. *Jansenius Gandavensis* suis in Concordiam Evangelistarum Commentariis sequentia de hujus Parabolæ sensu inseruit: Parabolæ hæc, quâ dominus estatus,*

diligenter ab Interpretibus explicatur de Christo & Salute per Illum generi humano præstita, videturque *Ambrosius* existimasse, hunc Parabolæ intellectum primò & propriè à Domino intentum esse; unde intelligit, Dominum voluisse per eam significare, se illum esse proximum, qui diligendus esset ab omnibus. *Et post indicatum ex ipso contextu literalem sensum*: Quoniam tam accuratè Parabola hæc à Domino est conficta, & in omnibus ferè Parabolis Dominus præter id, ad quod primò Parabolæ adsumuntur, Mytheria quædam nobis voluerit commendare, non potest videri vana, quemadmodum hodie volunt quidam, illa Parabolæ hujus tractatio, quæ de Christo exponitur, cum omnia optimè quadrent ad Mytherium redemptionis per Christum perfectæ explicandum, & antiquissimi etiam Patres, Hieronymus, *Augustinus*, *Ambrosius*, & alii de Christo eam intellexerint, ut credendum sit, hunc etiam sensum in Parabolâ Dominum intendisse, & ab Apostolis per manus susceptum. *Inter hæc autem ita suam ex ipso, ut dixi, contextu expressit mentem*: Cum certum sit, Dominum in genere voluisse docere, quis pro Proximo sit habendus, oportet prius, quàm mysticus ille Sensus tractetur, quo Parabola ad Christum refertur, ostendere, quomodò Parabola Domini proposito deserviat, & ad quæstionem Legis periti pertineat. Itaque, quoniam Pharisei & Scribæ proximi nomine interpretabantur ferè significari suæ gentis homines, aut qui eis beneficerent, ita ut huic adderent Legi, odio habebis inimicum tuum; hinc Dominus hæc indicat Parabolâ, proximum non Judaicis concludi terminis, sed unumquemque hominem sub hæc adpellatione comprehendendum esse. Non tamen Domino curæ fuit simpliciter tantum respondere ad propositam Quæstionem & satis ei facere, sed acceptâ occasione pro more plus voluit docere, quàm quærebatur. Quia enim Judæi de Religione & Pietate gloriabantur, ac Samaritanos velut irreligiosos abominabantur, nec ut proximos habebant, hæc Parabola simul etiam ad reprimendum Judæorum fastum notare voluit, illos gentilibus & Samaritanis in verâ Pietate & dilectionis proximi observatione inferiores esse, cum inventus sit Samaritanus illi misericordiam exhibuisse, quem hi, qui primas religionis partes in populo obtrinebant Judaico, Sacerdos nimirum & Levita, præterierant, judicans, veram Pietatem & Religionem magis consistere in miserationum sublevatione, quàm in cæremoniis externis, de quibus sibi placebant Sacerdotes & Levitæ. Rursus, quoniam Scribæ magis studerent intelligere, quàm servare Legem, curiosè de dictionibus disputantes, Dominus proposito hoc Exemplo non tantum docere voluit, quis proximus esset habendus, sed & quomodò sit diligendus, unde concludens ad imitationem provocat, dicens, Tu fac similiter. Ad omnia ergo hæc significanda Dominus adpositam adsumsi Parabolam.

*Ita pro literali sensu Episcopus Gandavensis*. *Conzenius*, et si *Bellarmino* ex hæc Parabolâ pro Justitiæ Originalis Supernaturalitate argumentanti suppetias ferre est conatus, agnoscere tamen simul est coactus, quod ad Christi institutum attinet, voluisse illum commendare charitatem, quam Sensus literalis abundè demonstrat. Et in antecedentibus itidem expressè observavit, institutum Christi fuisse, Pharisæum ex propria confessione ededucere, ut probet, omnem (omni) hominem ab omni (etiam) homine diligendum esse, adfirmans, hoc ex Parabolâ vero Pharisæi judicio concludi. *Cornelius à Lapide* etiam, quamvis itidem hanc de Adamo & Christo allegoriam ex Patribus & nominatim *Augustino* commendat, inficias tamen ire non potuit, maxime Christum voluisse Legis peritum docere, non Iudæum, non amicum, uti volebant Scribæ, sed omnes omnino homines, maxime miseros, nobis etiam inimicos, habendos esse proximos, & omni genere officii esse diligendos. Aliorum plurimum Interpretum Sententias his non multum dissimiles prolixius adducere supercedeo, cum ex laudatis manifestum sit, in quem finem Parabolica narratio hæc à Christo fuerit proposita, indeque certum esse debeat, Evangelicos non teneri ad recipiendum in hoc negotio allegoricam hujus Parabolæ explicationem ab *Augustino* & aliis quibusdam Patribus observatam, alias in suo genere non contemnendam, præprimis quia *Augustinus* ipse in suis de *Doctrinâ Christianâ* libris, quos ad Scripturæ intelligentiam se scripsisse in *Retractionibus* monuit, literalem de dilectione proximi Sententiam allegoricæ de Christo interpretationi præposuit, verbis sequentibus: *Inter-* lib. 1.  
roganti, quis est proximus meus, hominem quendam proposuit; descendentem ab Hie- cap. 30.  
rusalem in Iericho, incidentem in Latrones, & ab eis graviter vulneratum, saucium & semivivum derelictum; cui proximum esse non docuit, nisi, qui erga illum recreandum atque curandum misericors exiitit, ita, ut hoc, qui interrogaverat, ipse interrogatus fieretur, cui Dominus ait: Vade, & factu similiter, ut videlicet eum esse proximum intelli-

intelligamus, cui vel exhibendum est Misericordiae officium, si indiget, vel exhibendum esset, si indigeret, ex quo consequens est, ut ille etiam, à quo nobis vicissim hoc est exhibendum, proximus sit nobis, proximi enim nomen ad aliquid est, nec quisquam esse proximus, nisi proximo potest. Post aliqua subjunxit quidem hanc allegoricam de Christo explicationem, scribens: Ipse Deus & Dominus noster proximum se nostrum dici voluit, nam & seipsum significat Dominus Iesus Christus opitulatum esse semi vivo jacenti in via, adstricto & à latronibus relicto. Sed, addit hoc pro saniori horum intellectu, quoniam excellentior ac supra nostram Naturam est Substantia Divina, præceptum, quo diligamus Deum, à proximi dilectione est distinctum. Ille enim nobis præbet Misericordiam propter Bonitatem suam, nos autem nobis invicem propter Illius; id est, ille nostri miseretur, ut se perfruamur, nos vero invicem nostri miseremur, ut illo perfruamur. Videantur cætera, quæ sequuntur proximè, & mens Sancti Patris manifesta satis erit.

Ad cætera nunc augustissimi Doctoris loca ut deveniamus, quorum autoritate Bellarminus inter aliorum Patrum & Ecclesiæ Doctorum testimonia ad probandam Iustitiæ Originalis Supernaturalitatem utitur, vel pro more potius abutitur, præcipua eorum vis videtur consistere in eo, quod Augustinus per vocabulum Gratiæ id, quod homini in statu Innocentiæ Divinitus fuit concessum, descriperit. Quasi verò ea, quæ homini etiam ex adversariæ partis confessione fuerunt naturalia, in quibus nimirum à Bestiis & creaturis irrationabilibus cæteris quam maxime differt, Gratiæ benignissimi Creatoris non adscribi possint aut debeant, & omne, quod à Gratiæ DEI originem habet, pro Supernaturali dono habendum sit: Magnus ita miri deberet numerus donorum Supernaturalium, quæ tamen verè & proprie loquendo non nisi sunt & fuerunt dona merè & pure, ut cum adversariis hic loquar, naturalia, ipsam videlicet hominis naturam, quatenus à Bestiis & cæteris irrationabilibus creaturis differt, ut dixi, constituentia & cõsequentia. Et si mentem Augustini ritè capiamus, nihil ille vocabulo Gratiæ in hoc quidem argumento voluit intellectum, quàm concessa à Deo hominis naturæ bona, per Generationem naturaliter in posteros propaganda, in quorum locum post Lapsam quasi pena successit illa naturalis miseria, in & cum quâ omnes hodie nascuntur, id quod ex locis à Bellarmino citatis patet. Et in primo quidem, ubi de Gratiâ deserente Divinâ post factam Præcepti transgressionem agit, quid in hujus Gratiæ locum successerit, aperte indicat: *Tunc caro cepit concupiscere adversus Spiritum, & Spiritus adversus carnem, cum quâ controversiã nati sumus, trahentes Originem Mortis in membris nostris, ac vitiatam naturam contentionem ejus sine victoriâ de primâ prævaricatione gestantes.* Ludovicus Vives in Commentario ad hæc verba notat, ea in Codice Brugensi sic legi: *Trahentes originem mortis, & vitiatam in membris nostris naturam, contentionem ejus sive victoriã de primâ prævaricatione gestantes.* Addit, utrocumque legatur modo, sensus est: *Ex illa primigeniã noxã ortam esse hanc pugnam inter adfectus & mentem, quæ nos perpetuo comitatur, in quâ interim (rectius, interdum) mens est victrix, interim (vel, interdum) victa.* Quod si legatur, *sine victoriâ*, sensus erit, *non ita subigi & domari posse corporis* (cur non, animi?) *adfectus, ut amplius bellum rationi non faciant, & negotium exhibeant permolestum.* Hæc ille, quibus in super in prælens addendum, institutam ab Augustino comparationem Gratiæ hominis ante lapsum, & secutæ post lapsum miseriæ satis clarè ob oculos ponere, quod, sicut hæc, quam Apostolo præeunte sub vocabulo *Controversiæ*, videlicet inter Spiritum & carnem, homini post Lapsum naturalis est, utpotè cum quâ nascitur; hæc etiam illa, vel dona à Gratiâ DEI tanquam fonte perennis suo promanantia homini ante Lapsum fuerint, & si in statu Innocentiæ mansissent, omnibus posteris fuissent naturalia, nimirum per generationem naturalem propaganda. Ubi simul observandum est, in eo etiam hæc Augustini verba Bellarmino adversari, quod, dum ille in *paris naturalibus* homini adscribit, vel potius ad fingit naturalem aliquam & concreatam rebellionem carnis adversus Spiritum, Augustinus hic doceat contrarium, non creatos, sed natos cum hâc *Controversiã* homines post lapsum adferens, id quod ad ea debet referri, quæ paulò ante prolixius contra puram hujus Naturæ figmentum Iansenius ex Augustino deduxit. In secundo autem testimonio, ubi post præcepti transgressionem protoplastos *intrinsicam* DEI Gratiã deseruisse scribit Augustinus, mirum est, non vidisse Bellarminum, quâ aliàs oculorum acie præ aliis voluit videri præditus, & hoc sibi quam maxime adversari, Gratiã DEI primo homini in Statu Innocentiæ & concreatam Originalis Iustitiæ concessam pro dono commendans *intrinsicam*, quod Ipse tamen esse vult extrinsecum, quasi indumentum corpori humano extrinsecus superadditum, mani-

festè à literà Sententiæ Augustini recedens, & contrariam Augustino aduersam è cerebro malè sano comminiscens. Quamvis enim Augustinus hanc Dei Gratiã primo homini concessã rationem alicujus indumenti habuisse scribat, tertio præsertim testimonio, quo Bellarminus pro Justitiæ Originalis Supernaturalitate contra Evangelicos militavit, distingvere tamen debuisset inter vestimentum intrinsicum & extrinsecum, ac ex antecedente Augustini testimonio sibi in memoriam revocare, quod augustissimus Doctor commendans *intrinsicam* Dei Gratiã homini concessã ante Lapsum, eadem ratione vestimentum vel tegumentum, quã voce hoc Bonum voluit aliquã ex parte illustratum, intellexisse non extrinsecum, sed potius *intrinsicum* sit existimandus, non-nisi interveniente peccato, malo certè non externo, sed interno exuendum. Estque omninò blasphemum Bellarmini in Deum Creatorem glossema, quod, cum Sanctus Pater pro magnã & singulari Gratiã Dei extollit, *terrenum & animale corpus* primi hominis in Statu Innocentiæ, *bestialem* vel bestis communem *non habuisse libidinem*, adstruere non dubitavit, *bestialem hanc libidinem terreno & animali* (hominis, de quo agitur,) *corpori naturaliter convenire*, ad statum purorum naturalium sine dubio respiciens, contra quem ex Augustino, gravissimo Sanctitatis Dei Creatoris Vindice, *Jansenium* egisse vidimus, ea in primis Augustini ex opere de *libero Arbitrio & Retractionibus* testimonia suo nitenti & Sensui orthodoxo restituentem, quibus puræ hujus Naturæ statum non modò imperfectissimum, sed & simul impurissimum è lacunis Theologiæ Scholasticorum stabilire Bellarminus pro viribus laboravit.

*E numero rationum*, quas pro Justitiæ Originalis Supernaturalitate collegit Bellarminus, *secundam* pluribus Augustini testimoniis instruxit, incauto Lectori per fraudem non piã imponens, quasi hic etiam augustissimum Doctorem sibi haberet consentientem. Sed ut in antecedentibus, ita & hic frustra sudavit, si quid operæ in hoc negotio impendit, Augustino Evangelicis nullatenus contrario. Præterquam enim, quod non ita constat, quomodò hæc Bellarmini ratio directè id probet, quod probandum erat, videlicet Originalem Justitiã fuisse donum supernaturale, cum agat de ipsã corruptionis post Lapsam causã, nimirum, ex solã hujus doni supernaturalis, quod hic quasi demonstratum præsupponit, amissione eam esse secutam, adeòque in homine in puris etiam naturalibus, si quæ fuerunt unquam, uti finguntur, fuisse futuram, quæ tamen nullitatis ex Augustino jam sunt convictæ; præter hoc, inquam, quæcunque ex Augustino adduxit, docente, *Inobedientiam carnis homini in peccati pœnam à Deo retributam, idque factum esse per ablationem Gratiæ*, Evangelicis non aduersantur, sed Bellarmino potius, qui in Conclusionem hujus secundæ rationis aliis causis quibus corruptionem hominis post Lapsam adscribit, quasi primariã & principalem anteponit, *conditionem Materiæ, ut causam efficientem*, non solum in Philosophiã notoriæ absurditatis reum se faciens, materiæ actionem adscribendo, sed in Theologiã etiam, ut supra jam monui, blasphemus in Deum, quem utpotè Materiæ, à quã tanquam causã efficiente corruptio, Conditorum simul etiam facit peccati inde provenientis authorem, dum juxta tritum Canonem, causa causæ dicitur etiam causa causati, quod *Jansenius* iterum contra purorum naturalium figmentum ex Augustino graviter nec semel inculcavit. Ut non prolixè urgeam, in enumeratione causarum corruptionis à Bellarmino factã præcipuas notari omittas, videlicet, ipsam à Sathanã, Serpente Paradisiaco seductionem, Paulo præ aliis observatam, in homine autem liberi, in quo erat creatus, arbitrii abusum. Sed quid hæc omnia ad probandum, Justitiã Originalem fuisse donum Supernaturale? Nihil omninò.

Videamus nunc eas ex Augustino *Objectiones*, quibus Justitiæ Originalis explicatæ naturalitas satis clarè probatur, & Bellarmini ad eas responsa. *Et primã* quidem prætermisã, quæ de concupiscentiã Carnis agit, de quã suo infrà loco uberius bono cum Deo agetur, dum in *secundã* Sanctus Doctor animorum vitia quæcunque post Lapsam expressè dicit esse *naturalium Bonorum privationes*, Bellarminus, ne in responsis parcus vel pauper esse videatur, responder quadrupliciter. *Primò* dicit, Augustinum videri per hæc naturalia non formas, sed ipsa intelligere subjecta. Verùm Bellarmino ita videtur, & quidem absurdissimè, qui, si per Bona ante Lapsam ab Augustino indigitata intelligit Subjecta, eadem quoque intelligere debet per vitia post Lapsam, quia contrariorum inter se & simul privativè oppositorum ratio est eadem, quia hæc vitia post lapsam loco Bonorum successerunt. Id num aliquis Bellarmini hyperaspistes sit concessurus, docebit tempus. *Secundò* dicit, Augustinum loqui non de vitiis nobiscum natis, sed de habitibus per actus malos acquisitis. Atqui generaliter & in univèrsum sine aliquã hujus



vid. D.  
Calov.  
Metaph.  
Div. Tom.  
II. p. 215,

distinctionis notâ de quibuscunque vitiis loquitur Augustinus, ut taceam, dari etiam habitus connatos & hinc naturales, vel potius connaturales, de quibus alibi. *Tertio* ad partem delabitur naturalia, dicens, Bona hæc naturalia ab Augustino describi, non qualia fuerint in primo homine, sed qualia esse potuerint, si in puris naturalibus homo fuisset conditus. Sed præter id, quod hæc responsio cum descriptione purorum naturalium, quam Bellarminus juxta methodum Theol. Scholasticorum hoc ipso capite non semel exhibet, non adeo videtur convenire, sibi ex memoriâ & judicii imbecillitate sæpius in faciem contradicens & scribens, re nimirum propositâ, quæ in rerum naturâ ex propria confessione nunquam fuit, imò esse non potuit; ex claris iterum Augustini verbis patet, ea non esse intelligenda de statu quodam & homine Phantastico, ac juxta conceptum omni ex parte corruptum ideali, sed de eo, qui reverâ & qualis à Deo primum creatus fuit, id quod ex oppositione Status post lapsum vitiosi ab Augustino factâ manifestum est, per quam vitia, cum quibus omnes in universum homines post Lapsum, solo Mediatore excepto, nascimur, notanter *privations bonorum naturalium* ante Lapsum, cum quibus homo conditus fuit, dicuntur, quales dici non possent aut potuissent, nisi verè ea bona naturalia hæc vitia antecessissent, cum earum rerum nullæ possint esse aut propriè dici privationes, quæ nunquam vel fuerint, vel quod notandum hic insuper est, ad esse ex debito & naturâ rei debuerunt. *Quarto* tandem dicit & excipit Bellarminus, Justitiam Originalem, & quæcunque ad Imaginis Divinæ homini concreatæ rationem pertineat, bona dici ab Augustino naturalia ideò, quia hominis naturam *non destruxerint, sed perfecimus*. Sit ita. Quid inde sequitur? Non certè, Justitiam Originalem nihilo minus ex Augustini Sententiâ dici debere donum Supernaturale, sed potius, ex hoc ipso dici debere donum naturale, quia certum est, & esse debet, Deum creando hominem ad Imaginem non aliquam creasse Naturam propriè loquendo imperfectam, sed omninò perfectam, atque hanc perfectionem homini concreatam eomet ipso fuisse naturalem, & quod sæpius inculcandum est, si homo in hoc statu Innocentiæ permanisset, naturali generatione propagabilem.

In *tertiâ* objectione, quæ contra Justitiæ Originalis supernaturalitatem à Bellarmino proponitur, desumpta à comparatione naturæ Angelicæ cum humanâ, dum Augustinus vitium creaturæ Angelicæ dicit esse, Deo non adhæretere, hincque declaratur satis apertè, è contrario creaturæ Angelicæ naturaliter convenire, ut Deo adhæreat, idemque de homine etiam dici posse & debere, unde Justitiæ Originalis & concreatæ perfectionis naturalitas probetur; *Bellarminus* Augustinum ex Augustino explicaturus responderet, id Angelorum naturæ convenire per Gratiam, non per Naturam vel naturaliter, adeoque hoc esse in Angelis donum non debitum, non per Creationem, sed Spiritus S. inspirationem in eis diffusum. *Verum* & hic confundit Bellarminus præter intentionem Augustini diversas de ipsâ Originalis Justitiæ & concreatæ Perfectionis gratiosâ communicatione, & modo inhærendi seu possidendi quæstiones. Non quæritur nec in controversiam venit, an homo gratis vel ex gratiâ donum Imaginis Divinæ acceperit, quod Evangelici ultrò largiuntur, sed, annon hæc Imago Dei, & præcipua pars ejus, Originalis Justitiæ ita naturæ hominis fuerit communicata, ut pro bono & dono naturali potuerit, imò debuerit haberi, non nisi interveniente peccato amissibilis? & quia par est ratio naturæ & rectitudinis Angelicæ & humanæ, ideò de utrâque idem debet judicari, ut, quod de naturâ dicitur Angelicâ, ratione hujus concreatæ rectitudinis, de naturâ etiam humana dici possit & debeat, ipso judice & antecessore Bellarmino, qui inter Augustini testimonia, quibus Justitiæ Originalis Supernaturalitatem demonstrare lægit, illud cæteris anteposuit, per quod diversitatem naturæ & Gratiae Angelicæ, atque hinc etiam naturæ & Gratiae humanæ, sive & Angelis & hominibus in primo rectitudinis statu à Deo concessæ ostendi posse existimavit. Hanc verò Augustini esse intentionem, ut nimirum hujus Angelicæ rectitudinis naturalitatem ostendat, ex eo similit manifestum est, quod de oculis & auribus hominis in medium produxit, scribens: *Sicut cum vitium oculorum dicitur cæcitas, id ostenditur, quod ad naturam oculorum pertinet, visus; & cum vitium aurium dicitur surditas, ad eam naturam pertinere demonstratur auditus. Ita cum vitium creaturæ Angelicæ dicitur, quod DEO non adhæreat, aperitissime hinc declaratur, convenire ejus naturæ, ut DEO adhæreat.* Subsumatur idem ex methodo Bellarmini de natura etiam humanâ, & rem, quam volumus, contra Eum in terminis confectam habebimus. Nec quidquam obest, quod Augustinus in ipso hoc argumento diversis utitur naturæ & Gratiae vocabulis, utpote quæ sibi met ipsis invicem non oppo-

opponuntur, sed potius egregie Statum naturæ Angelicæ explicant ac mutuo se illustrant, talem videlicet exhibentes in Angelis naturam, quæ Gratiæ benignissimi Creatoris debeat omnia, talem quoque Gratiam, quæ naturam Angelorum præ aliis creaturis fecerit nobilissimam & excellentissimam. Quod item Augustinus inverſa hæc comparatione statum Angelorum in bono creatorum & jam confirmatorum describens, ait, *Conſtendum eſt cum debitâ laude Creatoris, non ad ſolos homines Sanctos pertinere, verum etiam de Sanctis Angelis poſſe dici, quod Charitas Dei diſfuſa ſit in eis per Spiritum Sanctum, qui datus eſt eis;* non patet, quid hoc poſſit contra Juſtitia Originalis naturalitatem vel connaturalitatem. Nam, ut de ipſâ phraſi Auguſtinianâ & adplicatione Oraculi Apoſtoli ad naturam Angelorum nunc non dicam, non ita facile apud alios Scripturæ Interpreteres, etiam inter recentiores Pontificios, occurrente; una Gratia alteram non tollit, neque Gratia Angelis in ſpecie bonis poſt cæterorum turpem Apoſtaſiam à Deo ulterius conceſſa facit, ut Gratia in primâ creatione donata dici non poſſit vel debeat naturæ, id quod dicendum quoque eſt de Gratiâ homini poſt Lapſum Divinitus redonatâ. Imò ipſe iterum Auguſtinus, & quidem verbis à Bellarmino citatis, contra Bellarminum hujus concreatæ rectitudinis naturalitatem apertè oſtendit, ibidem in paulò antecedentibus ſcribens: *Bonam voluntatem in Angelis quis fecerat, niſi ille, qui eos cum bonâ voluntate, id eſt, cum Amore caſto, quo illi adherent, creavit, ſimul in eis & condens naturam & largiens Gratiâ.* Vides hic, optime Lector, Auguſtinum diſertiffimis agnoſcere verbis, Angelos bonâ cum Voluntate, id eſt, Amore caſto, primitus eſſe creatos, & ſimul cum naturâ hanc accepiſſe Gratiâ, quaſi naturaliter ipſis adhæſuram, quod itidem de gratia homini primùm concreata verum eſt. Verba, quæ porro Bellarminus attribuit Auguſtino, quaſi ſcripſerit, *poſſe Fidem & charitatem habere, eſſe hominum naturæ, habere autem, eſſe fidelium Gratiæ,* exiſtimans, Auguſtinum nihil in antecedente loco de Angelis aliud ſcripſiſſe, quàm quod hic de hominibus dixerit; quia ibi non leguntur, ubi Bellarminus ea legi notavit, prolixius examen non requirunt, adedq; ad *quartam* deducunt ex Auguſtino pro Juſtitia Originalis naturalitate objectionem, quam Bellarminus partim ex opere de *Correptione & Gratiâ*, partim ex *Enchiridio ad Laurentium* ſatis prolixè proponit, & ad eam laſis etiam prolixè reſpondet; circa quam id ſolum notari debet, quod Bellarminus ſicut de cæteris, ita etiam de hæc objectione ex Auguſtino non monuerit, id quod aliàs ab Eo factum eſt, quis eâ contra Originalis Juſtitia Supernaturalitatem fuerit uſus, *Lutherusne*, an *Chemnitius*, vel quis alius ex Scriptoribus Evangelicis, contra quoſtamen hanc Controverſiam ex profeſſo ſuſceperat tractandam, poſt D. *Zexmannum*, cum pulviſculo huc pertinentia conquiritentem & excutientem, *Gerhardo* obſervante, Evangelicos hoc argumento, quod Bellarminus eis ex Auguſtino adſcripſit, non uti, atque hinc Bellarminum hic inanem feciſſe operam, ſi non omninò luſiſſe.

Sequitur ergò *quinta* objectio, itidem breviffimè expedienda, ſi ad antecedentia reſpiciamus. Docet Auguſtinus, errare per ignorantiam, & obedire carni per concupiſcentiam, non eſſe naturam hominis inſtituti, ſed pœnam damnati. Bellarminus acu rem tetigiſſe ſe putat, reſpondendo, Auguſtinum loqui de naturâ, qualis fuerit in primo homine, non qualis eſſe potuerit. Sed, quâ fuit cœcitate & hic Cardinalis, non vidit, ſe Evangelicis reſponſum ſuppeditaſſe, quâ poſſent uti, ſi quis Juſtitia Originalis tanquam boni Supernaturalis propugnator ex Auguſtino argumentum extorquere voluiſſet. Eſt enim omninò ita, loquitur hic Auguſtinus de natura primi hominis inſtitutâ, non illâ purorum naturalium Phantaſtica, quam integrâ & optimè inſtructâ acie ac toto quaſi corpore regni ex Auguſtino ita oppugnatum ivit *Ianſenius*, ut difficile, ſi non omninò impoſſibile videatur, eam ulterius defendere, atque à notoriis abſurditatibus, quæ numero non ita pauco per conſequentias non adeò procul deductas inde fluunt, liberare. Atque eorſum recurri debet, ſi expendamus Bellarmini reſponſum ad *octavam* ex Auguſtino objectionem, quæ dum ad hominem directa eſt, ac ex poſito, non tamen conſeſſo purorum Naturalium ſtatu, contra Originalis Juſtitia Supernaturalitatem argumentatur, qualis nimirum abſque Divinæ Sanctitatis læſione concipi, & ex Auguſtini Sententiâ, ſi opus foret, exſtrui aliquatenus poſſet; Bellarminus utraq; manu imprudenter id adprehendit, inque ſuum convertit uſum & commodum, ſed ita, ut nemo non videat, quàm præter omnem id fiat rationem, figmento purorum naturalium ita depiſto ut abſq; Divinæ Sanctitatis læſione ſtare nullo planè modo poſſit, quidquid etiam fictori & piëtori libeat & videatur. Neque diligenter evolvit Auguſtini locum, ad quem & ex quo propoſita objectioni ſatis laboravit facere, ſcribere auſus, Sanctum Patrem ibi nullam facere mentionem *Naturæ*, videl. in deſcriptione Statûs Innocentiæ & hinc Juſtitia

lib. 12 de Civ. Dei, cap. 9.

Rom. 8.

de Cor-  
rept. &  
Grat. cap.  
11.

Originalis tanquã Doni naturalis vel connaturalis, cum expresse ibi sequentia legantur: *Si Adjutorium vel homini vel Angelo, quamprimum facti sunt, defuisset, quoviam non talis facta erat Natura, ut sine Divino manere posset adjutorio, si vellet, non utique sua cecidissent culpa.* Et his verbis Bellarminus ad decimam utitur objectionem, suiterum ex more immemor. Cetera, quæ institutã comparatione Status primùm instituti cum statu per Christum restituto & plenius restituendo, ad pervertendam potius, quàm explicandam Augustini mentem adtulit Bellarminus, qui scopum non feriunt, & meris nituntur principiorum petitionibus, supra jam sufficienter ex ipsomet Augustino per *Jansenium* explosis; hic, ne fastidium nimia in hac Quæstione prolixitas pariat Lectori, prætermittuntur. Quæ ad *nonam* ex eodem Augustino objectionem dicuntur, itidem ad figmentum status purorum naturalium pertinentia, atque inclinationem ad vitia eidem adscribentia, per ea, quæ non parçè hæctenus ad vindicandam Dei Creatoris Sanctitatem ex Augustino fuerunt adducta, sufficiens quoque habent responsum, ut prolixã repetitione non sit opus. Ita etiam exindè responderi potest ad ea, quibus *decimam* ex Augustino objectionem eludere studuit Bellarminus, Deum ob concreatam hanc homini ad vitia inclinationem excusare volens, ne dici possit author peccati, ut potè quam inevitabilem esse consequentiam ex supra dictis patet. Hoc tantum nunc addo, Bellarminum Deo gravem impingere dicam, & Sapientiæ ac Sanctitati Ejus minimè competentem, dum inter alia scribere non est veritus, *Deus rebellionem illam non fecisset, etiamsi hominem in puris naturalibus condidisset; sed ea præter intentionem agentis ex Materie conditione subsequuta fuisset.* Quod pronuntiatum an ritè ad Theologiam *Caramuelis* (quam pro Ingeniij subtilitate rectius dixisset Anthropologiam,) præter intentionalem possit vel debeat referri, aliorum judicio nunc esto commendatum. In responsione ad *undecimam* ex Augustino objectionem Bellarminus iterum sibi met est contrarius. Præter id enim, quod ratione diversarum apud Philosophos de hominis natura & statu ejus partim felici, partim infelici opinionum ipse Bellarminus cogitur agnoscere, diversis id factum esse respectu, quod hæctenus in terminis manendo potest esse satis; non video, quo hæc possint inter se conciliari modo, quod Patrum & inter eos Augustini Sententiam adprobat quidem, in peccatum Originale ærumnarum omnium nostrarum causam esse referendam, & tamen in antecedentibus non semel *Materie conditionem* nominavit, quasi fontem & Originem, cui hæc mala veniant adscribenda, tanquam *causa efficiens*, uti ad rationem pro Originalis Justitiæ supernaturalitate *secundam* expresse scripsit Bellarminus. Tandem, quã iterum in responsione ad *duodecimam* & ultimam ex Augustino pro Originalis Justitiæ, & quæ ad eam pertinent, connaturalitate objectionem Bellarminus utitur distinctione inter Statum Innocentiæ, & purorum naturalium, de illo, non autem hoc agere Augustinum agnoscens, non nobis nocet, sed sibi met ipsi, huic purorum Naturalium figmento suam de Originalis Justitiæ supernaturalitate Sententiam superstruens, quo figmento nullitatis convicto ipsum quoque hujus Supernaturalitatis ædificium cadere est necessum. Et hæc omnia, quæ hæctenus contra Bellarminum pro Originalis Justitiæ Supernaturalitate pertinaciter militantem, quã licuit brevitate, ad cognoscendam Augustini cum Evangelicis hic etiam orthodoxè docentis Sententiam, fuere producta, non parùm illustranda per ea, quæ in *Vindiciis Evangelico-Thomisticis* pro vindicandis *Eschii* hic itidem orthodoxè sentientis contra oblocutorem *Lovaniensem* septendecim argumentis, leguntur, non uno saltem loco Augustini autoritate mixtis; similiteriam inservire possunt contra illos hodiè Novatores Syncretisticos, quibus sicut cum aliis pluribus è Theologiâ Scholasticorum Status purorum vel merorum, ut aliquando accuratius rem hanc exprimere sibi videntur, naturalium non adeò displicet, nec ita absurdus adparet, quã tamen facie à pictoribus sibi omnia licere existimantibus orbi Christiano non sine scandalo insigni sistitur; ita etiam hæc Originalis Justitiæ Supernaturalitas adeò placet, ut nihil hæctenus ad ejus defensionem reliquerint intentatum, eomet ipso, sicut & aliis pluribus novantiquis Singularitatibus, quantum in se est, novum Ecclesiæ verè Orthodoxæ Schisma inferentes, id quod etiam circa Controversiam sequentem erit observandum, in quã itidem cum Scholæ Doctoribus in eadem versantur navi, iisdemque rudibus contra Evangelicam pugnant sinceritatem, quo cum Veritatis detrimento, ille docebit dies, quo tandem contra quosvis hostes bonarum triumphabit causa, omnesque humani cerebri subtilitates in fumum & omninò nihil abibunt, Alethica victrice futurã super.

vid. D.  
Calov.  
Harm. P.  
273.  
D. Krom.  
Loc. Syn-  
cret. pag.  
117.

DE

Immortalitatis primo homini concreatæ Naturalitate vel  
Supernaturalitate.

INCIDIT hæc Quæstio cum antecedente in idem, à que eâ dependet, & hinc ex dictis facilius quoque erit ejus resolutio, ac ad argumenta Bellarmini ex Augustini testimoniis deducta promtior responsio, quæ numero tria sunt sequentia, quibus Immortalitatis primo homini concreatæ Supernaturalitatem adstruere contendit. Et quidem primum hoc: *Aliud est, non posse mori, aliud posse non mori. Secundum quendam modum primus homo creatus est Immortalis, quod ei præstatur de ligno Vita, non de constitutione Natura.* Et paulò post: *Mortalis ergò erat conditione corporis animalis, Immortalis autem Beneficio Creatoris.* Secundum est, quo de Immortalitate primorum hominum ita scripsit: *Qui status eis de ligno Vitæ, quod in medio Paradisi cum arbore vetitâ simul erat, mirabili gratiâ De præstatur.* Tertium cæteris aliquantò prolixius & notatu dignius: *Si Deus vestimentis & calceamentis Israelitarum præstitit, quod per tot Annos non sunt obtrita; quid mirum, si homini obedienti potentia Eiusdem præstaretur, ut animale & mortale habens corpus haberet in eo quendam statum, quo sine defectu esset annosus, tempore, quo Deus vellet, à mortalitate ad immortalitatem sine mediâ morte venturus? Sicut enim hæc ipsa caro, quam nunc habemus, non ideo non est vulnerabilis, quia non est necesse, ut vulneretur; sic illa non ideo non fuit mortalis, quia non erat necesse, ut moreretur. Talemputo habitudinem adhuc in corpore animali atque mortali, etiam illis, qui sine morte hinc translati sunt, fuisse concessam; neque enim Henoch & Elias per tam longam aetatem Senectute marcuerunt.* Bellarminus ad ultimum hoc testimonium pro illustratione addit, *Hoc loco multis modis docet Augustinus, primi parentis nostri corpus suâ fuisse naturâ mortale, solâ autem Conditoris gratiâ immortale, primò, quia comparat Immortalitatem primi hominis cum vestimentis & calceamentis Israelitarum, quæ in solitudine per Annos quadraginta non sunt obtrita; neque enim dubitari potest, quin ea vestimenta & calceamenta naturaliter corrumpi debuerint. Secundò, quia comparat statum primi hominis ante peccatum cum statu Henochi & Eliæ, quos certum est habere corpus mortale & aliquando moriturum, tametsi Divina Gratia per tot Seculorum curricula conservetur. Tertio, quia bis terve dicit, corpus primi hominis fuisse mortale, & à mortalitate ad immortalitatem quandoque sine mediâ morte venturum. Quod si mortale erat, certè naturâ erat mortale, nisi quis ita desipiat, ut mortalitatem primi hominis adscribat Gratia, immortalitatem Naturæ. Quarto, quia dicit, sic fuisse corpus illud mortale, quamvis nunquam moriturum, quemadmodum Caro nostra vulnerabilis est, quamvis non sit necesse eam vulnerari. Caro autem nostra vulnerabilis est naturâ, sed diligenti custodiâ potest fieri, ut nunquam vulneretur. Igitur & illud corpus naturâ erat mortale, sed Divinâ Gratia futurum erat, ut nunquam moreretur. Quia verò Bellarminus non nescivit aliud ex Augustino testimonium, quo Immortalitatis concreatæ supernaturalitatem vidit non parùm infirmari, ideo, ne quid videatur prætermisisse ad rem ipsam pertinens, illud quoque cum suo adposuit responso, quod ita habet: *Constat inter Christianos veraciter Fidem Catholicam tenentes, ipsam quoque corporis mortem nobis non lege Naturæ, sed merito peccati esse inflictam.* Respondet autem Bellarm., *Augustinum his significare verbis, moriendi necessitatem, quæ ex naturâ hominis erat secutura, per Gratiam Dei fuisse sublatam, & ideo Mortem, quæ nunc regnat in nobis, non lege Naturæ, sed merito peccati esse inflictam.**

lib. 6. de Gen. ad lit. c. 25.

lib. 13. de Civ. Dei. cap. 10.

lib. 1. de peccat. merit. cap. 31.

lib. 13. de Civ. Dei. cap. 15.

Luc. 7.

erit *Immortalitatem*? Non inquiram nimis sollicitè, an Augustinus adpositè Parabolam de prodigo ad Quæstionis propositæ resolutionem applicavit, quia id præprimis ad Intuitu hujus rationem non pertinet. Sufficit videre, quid de ipsâ Quæstione quoad hoc concreta Immortalitatis punctum & ipsi Augustino & aliis illo tempore visum fuerit. Et primò aliis, quorum duas profert Sententias, neutram earum adprobans, quamvis unam alterâ meliorem judicet, videlicet priorem posteriore. De eâ, nimirum priore sic

1. Cor. 15. *habet: Nonnulli his coarctati angustiis, ut & illa constet Sententia, quâ exemplum de animali corpore hinc datum est, ut diceretur, Factus est homo primus, Adam, in spiritum vivificantem, & ista renovatio receptioque immortalitatis non absurde dicatur in pristinum futura, in illud scilicet, quod Adamus perdidit; putaverunt, prius quidem fuisse hominem corporis animalis, sed dum in Paradiso est constitutus, eum fuisse mutatum, sicut nos quoque mutabimur resurrectione. Putares, Augustinum hic in antecessum descripsisse opinionem Scholasticorum de statu Adami in puris primùm naturalibus, mutato postmodum per accessionem Donorum supernaturalium. Videamus autem, quid de eo sentiat augustus Doctor, scribens: Hoc quidem liber Geneseos non commemorat. Sed ut possint utraque Scripturarum testimonia consentire inter se, si ve illud, quod de animali corpore dictum est, si ve illa, quæ de renovatione nostrâ in S. Literis reperuntur plurima, hoc tanquam necessariò consequi crediderunt. Ita videtur indicare voluisse Sanctus Pater, quomodo hæc Sententia aliquatenus possit excusari vel emolliiri, nisi per ipsum Sacræ Geneseos silentium reprobareretur, ad auctoritatem argumenti negantis hic etiam, sicut alibi sæpius, non imprudenter provocans, aliâ insuper ratione indicatâ, ob quam ea locum habere non possit, sequentia contra eam observans: Si ita est, frustrâ conamur Paradisum & illas (fortè, ejus) arbores earumque fructus præter figuratam significationem prius accipere ad rerum gestarum proprietatem. Quis enim credat jam, illiusmodi cibos ex arborum pomis, Immortalibus & spiritualibus (hominum) corporibus esse necessarios debuisse. Veruntamen, si aliud non potest in veniri, melius Paradisum spiritualiter intelligere, eligimus, quàm vel putare non renovari hominem, cum toties hoc Scriptura commemoret, vel recipere eum existimare, quod non ostenditur amisisse. Huc accedit, quod & ipsa mors hominis, quam peccato eum commersuisse multa Divina testimonia colloquuntur, indicat, eum sine Morte futurum fuisse, nisi peccasset. Quomodo autem sine morte mortalis, aut quomodo non mortalis, si corpus animale? Posteriora hæc quâ ratione ad Evangelicorum Sententiam pertineant, sequentia docebunt, ubi de alterâ etiam Sententiâ ad propositam Quæstionem audiverimus Augustinum, sic porrò scribentem: Quidam non corporis morte peccato hominè meruisse arbitrantur, sed anime Mortem, quam iniqui assecuti. Nam credunt, eum propter corpus animale exiturum fuisse de hoc corpore, ad requiem silicet, quam nunc habent sancti, qui jam dormierunt, & in fine Seculi eadem membra Immortaliter recepturi; ut videlicet Mors corporis non de peccato accidisse videatur, sed naturaliter, ut animalium cæterorum. Verùm his rursus occurrit Apostolus & dicit, Corpus quidem mortuum est propter peccatum, Spiritus autem vita est propter Justitiam. Si autem Spiritus ejus, qui suscitavit Christum à mortuis, habitet in vobis; qui suscitavit Christum à mortuis, vivificabit & mortalia corpora vestra per inhabitantem Spiritum ejus in vobis. Ac per hoc mors etiam corporis de peccato est. Si ergò non peccasset Adamus, nec corpore moreretur, idèq; immortale haberet & corpus; quomodo autem Immortale, si animale? Sed rursus non vident, Ita contra priorem Sententiam Augustinus iterum agit, qui corpus Adami in Paradiso mutatum putant, ut ex animali fieret spirituale, nihil impedire, si non peccasset, ut post Paradisi vitam, si justè obedienterque vixisset, acciperet eandem corporis mutationem in Vitâ eternâ, ubi jam cibus corporalibus non egeret. Quid ergò necessum est, propter hoc jam cogi, figuratè non propriè Paradisum intelligere, quia non posset mori corpus nisi peccato? Verum est quidem, quod non moreretur, etiam corpore, nisi peccasset; aperte enim dicit Apostolus, corpus mortuum propter peccatum; animale tamen posset esse ante peccatum, & post vitam Iustitiæ, cum Deus fieri vellet spirituale. SED ADHUC RESTAT DUBIUM, cui Augustinus facere vult satis: Quomodo renovari dicimur, inquirunt, videlicet prioris Sententiæ patroni, si hoc non recipimus, quod perdidit primus homo, in quo omnes moriuntur. Et respondet Sanctus Doctor ex suâ & propriâ Sententiâ: Hoc planè recipimus secundum quendam modum. Non itaque immortalitatem spirituales corporis recipimus, quam homo nondum habuit, sed recipimus Iustitiâ, ex quâ per peccatum lapsus est homo. Renovabimur ergò à vetustate peccati, non in pristinum corpus animale, in quo fuit Adam, sed in melius, id est, in corpus spirituale, cum efficiemur Angelis Dei æquales, apti habitationi cælesti, ubi escâ, que corrumpitur, non egebimus. Renovabimur ergò Spiritu mentis nostræ secundum Imaginem Ejus, qui creavit nos, quam peccando*

cando perdidit Adamus. Renovabimur autem carne etiam, cum hoc corruptibile induet incorruptibilitatem, ut sit corpus spiritale, in quod nondum mutatus, sed mutandus erat Adam, nisi mortem corporis animalis etiam peccando meruisset. Denique, non ait Apostolus, corpus quidem mortale propter peccatum, sed corpus mortuum propter peccatum. Neque hic ero curiosus circa Oraculi Apostolici adplicationem, num ritè ea ad præfens Institutum sit facta ab Augustino, cum & illud ad alium referri debeat locum; sed pergendum est potius in percipiendâ augustissimi Patris Sententiâ de primi hominis Immortalitate, an & quâ ratione hæc ei sit adscribenda. Ita autem porrò de corpore Eius scribit: *Illud ante peccatum & mortale secundum aliam, & immortale secundum aliam dici poterat causam. Mortale, quia poterat mori, immortale, quia poterat non mori. Aliud est enim, non posse mori, sicut quasdam naturas immortales creavit Deus, aliud est autem, posse non mori, secundum quem modum creatus est homo primus immortalis, quod ei præstatur de Ligno Vitæ, non de constitutione Naturæ, à quo ligno separatus est, cum peccasset, ut posset mori, qui, nisi peccasset, poterat non mori. Mortalis ergo erat condicione corporis animalis, immortalis autem beneficio Creatoris. Si enim corpus animale, utiq; mortale, quia & mori poterat; quamvis & immortale idè, quia & non mori poterat. Neq; enim immortale, quod mori omninò non possit, erit nisi spiritale, quod futurum nobis in Resurrectione promittitur. Ac per hoc illud animale, & ob hoc mortale, quod propter iustitiam fieret spiritale, & ob hoc mortuum omninò factum est propter peccatum, non mortale, quod & ante erat, sed mortuum, quod posset non fieri, si homo non peccasset. Quomodo autem corpus nostrum Apostolus dicit mortuum, cum adhuc de viventibus loqueretur, nisi, quia jam ipsa conditio moriendi ex peccato parentum hæsit in prole? Animale est enim & hoc corpus, sicut & primi hominis fuit, sed hoc jam in ipso animalis genere multò est deterius, habet enim moriendi necessitatem, quod illud non habuit. Quamvis enim restabat adhuc ut immutaretur, & spiritale factum plenam perciperet immortalitatem, ubi cibo corruptibili non egeret; tamen si justè viveret homo, & in spiritalem habitudinem corpus ejus mutaretur, non iret in Mortem. In nobis autem justè etiam viventibus moriturum est corpus, propter quam necessitatem ex primi hominis illius peccato venientem non mortale, sed mortuum corpus nostrum dixit Apostolus, quia omnes in Adam morimur.* Et hæc tenus integer Augustini textus, ex quo pauca quædam Bellarminus in rem suam decerpit, plenè exscribens, ut de ipsâ Sancti Patris mente circa hanc Quæstionem eò melius possit fieri judicium, nobis in genere illud præmonentibus, si rigide cum adversario liberet agere, posse contra hoc Augustini testimonium tanquam omninò impertinens excipi, utpotè de parte hominis tantùm, nempe de corpore ejusque mortalitate & immortalitate juxta diversum considerandi modum agens, cum præsentis Controversiæ status de toto & integro Supposito, homine nimirum corpore & Animâ prædito agat, ac juxta primam Creationem ante Lapsum considerando. Sed ne causæ videamur diffidere, ostendemus ex Augustino, Eum hic quoque Evangelicorum Sententiæ, si modò intelligatur, non esse contrarium. Ipsa certè verba, quæ Bellarminus pro se laudavit, militant pro nobis. Dum enim Doctor augustissimus scribit, *creatum esse hominem primum à Deo immortalem secundum quandam modum*, nostram expressit Sententiâ, qui Adamum hoc donum & bonum Immortalitatis à primâ Creatione defendimus habuisse, adeoque non quasi aliquid demùm post Creationem & tanquam ab extrinseco adveniens, sed quod, etsi per Gratiam Creatoris, naturaliter ei tamen inhæretet, & peccato non interveniente cum ipsâ Imagine Dei & Originali Justitiâ in omnes posteros propagaretur, & in genere humano conservaretur, sicut è contrario insecuta post & per peccatum mortalitas omnes Adami- & Evigenas cum Imagine noñ Dei, sed ipsorum, & Originali non Justitiâ, sed peccato, cæterisque ad hæc pertinentibus malis à primo conceptionis momento occupat & invadit, solo Mediatore excepto, qui etsi verus homo, absque peccati tamen labe, conceptus & natus poterat non mori, nisi ob id concipi voluisset & nasci, ut pro genere humano beatæ immortalitati restituendo ipse Mortem ultrò subiret pariter & vinceret. Quod verò Augustinus hanc laudatæ Immortalitatis naturalitatem vel potius connaturalitatem è Beneficio Creationis proveniente infringere videtur verbis proximè sequentibus, quibus ostendit, hoc Immortalitatis donum homini præstandum fuisse *de Ligno Vitæ, non de constitutione Naturæ*, notandum est, illud Evangelicis non ritè opponi, utpotè homini primo Immortalitatem ex Creationis beneficio adscribentibus non absolutam, quasi omninò mori non potuisset, quæ in summo gradu soli Deo, qui juxta Apostoli testimonium 1. Tim. 6. competit, in gradu autem inferiori Angelis & Sanctis in triumphante Ecclesiâ Mortis per Christum victoribus; sed conditionatam, quâ, ut de Christo jam dixi, ex ipsâ Phra-

si Augustinianâ poterat non mori, si in statu concreatæ Imaginis Divinæ & Originalis Justitiæ constans permanisset, neque mortis prædictæ pœnam sibi & omnibus posteris contra primæ Creationis naturam & intentionem ultrò attraxisset. Negat ergò, fuisse Immortalitatem de constitutione hominis Naturæ Augustinus illo sensu, quo perditionem notatu dignam & Evangelicis non inacceptam, aliter de corpore animali, quale homo ex naturâ primæ Creationis habuit, aliter de corpore spiritali; quale in futurâ Resurrectione est accepturus, statuendum monuit, utpotè cujus respectu immortalitas in statu Innocentiæ gradu quodam differt ab immortalitate in futuro statu Beatitudinis æternæ, id quod pluribus in citato Augustini loco tractatur. Videlicet fatendum est, habuisse hominem à primâ Creatione corpus animale, cui in se non omninò repugnabat *posse mori*, accedente præsertim peccato, quam conditionem quasi negativam expressit optimus Creator ab homine ad Immortalitatem creato observandam, si vellet *non mori*, inque hoc Statu concreatæ Immortalitatis permanere usque ad impetrandam Immortalitatem cum Angelis Dei plenariam, corpore futuro spiritali in illa æternæ Beatitudinis statu, ubi omninò *non posset mori*. Sit autem ita, dicat Augustinus hanc quoque concreatam Immortalitatem Creatoris beneficium; non id contrariatur, quò minus dici possit ea donum vel bonum naturale aut connaturale, naturæ videlicet hominis intimè inhærens, & naturali generatione in posteros propagabile, sicut loco hujus post lapsum ipsa mortalitas propagatur, eique nemo non hominum à primo conceptionis momento ob adhærentem originariam labem obnoxius est. Omnia enim, id quod ad præcedentem quoque Controversiam notari debuit, quæcunque primus homo possedit, beneficio & ex gratiâ optimi Creatoris habuit, & inter hæc tamen sunt vel fuerunt non pauca, quæ ipsi jactatæ Supernaturalitatis Defensores agnoscunt esse vel fuisse naturalia; ut adeò aliquid ex Beneficio Creatoris habere, & illud quasi bonum vel donum naturale possidere, non sint opposita, quæ non simul stare possint & locum habere. De *virtute ligni vel arboris Vitæ* quod Augustinus habet, quali beneficium concreatæ & conservandæ Immortalitatis eorsùm habuisset respectum, ultimo hujus libri capite in specie agetur, ubi hanc Augustini Sententiam Bellarminus iteratò sub peculiari lemmate proponit; ad quam dum idem Sanctus Pater in *secundo* etiam provocat testimonio, quò Bellarminus pro adstruendâ concreatæ Immortalitatis Supernaturalitate utitur, ibi quoque habebit, & quidem ex ipsomet Bellarmino responsum.

*Tertius* igitur adhuc restat locus, ad quem utpotè præcipuum Bellarminus singulares adposuit notas, ut eò magis eum commendaret Lectori ad probationem Sententiæ, quam defendit. Proposuit in eo Augustinus aliquam objectionem, quæ videbatur mortalitatem primi hominis non adeò improbabiler post se trahere, cui latius ex debito facere studuit Sanctus Pater verbis sequentibus: *Si non peccasset Adamus, non erat exspoliandus corpore sed supervestiendus immortalitate & incorruptione, ut absorberetur mortale à Vitâ, id est, ab animali in spiritale transiret. Neq; enim fuit metuentium, ne, dum forte diutius hic viveret in corpore animali, senectute gravaretur, & paulatim veterascendo perveniret ad mortem.* Et post hæc sequuntur, quæ adduxit Bellarminus ac notis instruit singularibus, quæ tamen in se nihil habent singulare aut difficile. Nam quod *prima* comparationem urget Immortalitatis primi hominis concreatæ cum vestimentis & calcamentis Israelitarum in deserto per annos quadraginta præter naturam integris, in capite & Controversiâ antecedente, ubi ipsam quoque Originalem Justitiam cum Vestimento comparatam vidimus, ostentum fuit, non exhaurire rem hanc comparationem, ut aliquid supernaturale & ab extrinseco demùm adveniens statui hic necesse sit, quin potius sufficere, ut dicatur, concessam fuisse homini primùm creato, quamvis ex singulari Gratiâ & favore Creatoris, Immortalitatem, utpotè partem Imaginis Divinæ non contemnendam, & ad Originalem Justitiam omninò pertinentem, tanquam donum & bonum naturale, hominis naturæ ex primâ creatione inhærens, & quod sæpè dictum fuit, non nisi interveniente peccato separabile. Nunc accedit uberior hujus cum Vestimento comparationis explicatio ab ipsomet Augustino facta, dum aperte distinguit immortalitatem concreatam ab Immortalitate demùm superventurâ, si homo non peccasset, translocandus nimirùm è Paradiso terrestri in celestem, & quæ Augustini phrasis est, *supervestiendus Immortalitate* quoad gradum perfectiore, quam in primâ acciperat creatione. Quod in *secundâ* Notatione habet Bellarminus de corpore Enoch & Eliæ post suam ad Cœlos translationem adhuc mortali & aliquandò tandem mortuo, ad

ad sequentem proximè Quæstionem pertinet. Tertia dum urget, Augustinum corpus primi hominis etiam ante lapsum mortale non semel dixisse, simul nos monere debet, S. Patri hic quidem mortale idem esse, quod animale, statuenti, quod & ante jam fuit observatum, habuisse hominem à primâ creatione corpus animale, cui in se considerato non omninò repugnabat posse mori, quamvis idem corpus ante lapsum per Creatoris gratiam in omnes posteros naturali generatione propagandam ita fuerit immortale, ut potuerit non mori, secundum quem modum Augustinus loco priori hominem dixit esse creatum immortalem. Et ita idem Pater augustus per immortale corpus intellexit spiritale, quale futurum scripsit post translocationem in Paradisum cœlestem, & quale erit corpus fidelium post gloriosam è mortuis Resurrectionem, alibi hoc discrimen clarius explicante: *Non eo, inquit, modo, quo Angelos condiderat Deus, ita condidit & homines, ut, etiamsi peccassent, mori omnino non possent, sed ita, ut obedientia perfunctos munere, sine moris interventu, immortalitas Angelica & æternitas beata sequeretur, inobedientes autem mors pleteret damnatione iustissimâ.* Quarta Bellarmini ad Augustinum notatio per simile a quo rem hanc illustrare conatur, nullo tamen cum successu, quin potius facile est eam contra Bellarmini hypothèsin invertere. Sicut enim Caro nostra vulnerabilis quidem est naturâ, & tamen ne vulneretur, naturali etiam sollicitudine præcaveri potest, nullâ supernaturali Gratiâ ad id necessariâ; ita corpus primi hominis juxta modum loquendi ab Augustino observatum fuit quidem animale, & hinc naturâ etiam suâ & ex eo respectu mortale, dum posse mori non omninò ei repugnabat, & tamen ne moreretur, naturali Vitæ desiderio & hinc concessâ per optimum Creatorem gratiâ naturaliter propagandâ præcaveri potuisset, nisi à Serpente Paradisiaco seduci se passus fuisset. Nunc super adhuc est Bellarmini Responso examinanda ad illustrem Augustini locum, quo ex Fide Catholico Christianâ docuit, corporis mortem non lege Naturæ, sed merito peccati esse inflictam, contra quem putavit quidem Bellarminus non parum se obtenturum, si Augustinum his indicasse dicat, moriendi necessitatem, quæ ex naturâ erat secutura, per Gratiâ Dei fuisse sublatam; sed & hic frustra fuit, impudenter mentem Augustini pervertens, opponentis inter se non Gratiâ DEI Creatoris, sed ipsam Naturæ legem & meritum peccati, atque huic non illi mortem infecutam adscribens, quod tam evidens est & clarum, ut mirum videri debeat, ausum fuisse Bellarminum aliquid contradicere vel scribere, cum verba satis perspicua nullam requirant glossam, nulla n admittant obscuracionem, nullam patiantur Sensûs mutationem. Et hanc fuisse Augustini mentem, antehac benè observavit Sententiarum Magister Lombardus, sequentia Ejus verba exhibens: *Queritur, quomodo Immortalis factus (creatus) sit homo præ aliis animalibus, & quomodo cum illis communem acceperit alimoniam?* Sed alia est Immortalitas carnis, quam in Adamo accepimus; alia, quam in Resurrectione speramus per Christum. Ille factus est homo immortalis, ut non posset mori, si non peccaret; moreretur autem, si peccaret. Filii verò Resurrectionis non poterunt ultra peccare nec mori, Caro nostra non tunc egebit refecione ciborum, quia nulla poterit esse defectio. Caro Adami ante peccatum ita immortalis est creata, ut per alimoniam adjuta, expers esset doloris & mortis. Sic ergò immortalis & incorruptibilis condita est caro hominis, ut immortalitatem & incorruptionem suam per observationem Dei præceptorum custodiret, in quibus mandatis hoc continebatur, ut de lignis manducaret concessis, & ab interdicto absterer, (atque) per horum edulium Immortalitatis dona conservaret, donec corporalibus incrementis perductus ad ætatem, quæ Conditori placeret, multiplicatâ progenie, Ipso jubente, sumeret de Ligno Vitæ, quo perfectè immortalis factus cibi alimentum ulterius non requireret. Addit Lombardus: *Ecce his verbis videtur Augustinus tradere, quod caro primi hominis immortalitatem in se habuerit, quæ per alimoniam ciborum conservaretur usq; ad tempus suæ translationis in melius, quando comederet de Ligno Vitæ, & fieret omninò immortalis, ita ut non posset mori.* Sequitur Lemma paragraphi sequentis ultimi: *Ex prædictis consequi videtur, hominem de Natura suæ conditione quodammodo fuisse immortalem, sed non omnino fieri immortalis, nisi Ligno Vitæ participato.* Ipsa autem tractatio habet, Ideò aliqui dicunt, quod homo Immortalitatem de Natura habebat, quâ poterat non mori, quæ aliorum lignorum esu poterat conservari, sed non poterat consummari, nisi per assumptionem Ligni Vitæ, quod videtur Augustinus sentire, dicens: *Hoc quoq; addo, talem cibum præstitisse illam arborem, quo corpus hominis stabili Sanitate firmaretur, non sicut ex alio cibo, sed inspiratione Salubritatis occultâ. Hic innuere videtur, quod cum aliis cibis posset corpus sustentari, hoc cibo indeficiente Sanitate firmaretur. Ex quo consequi videtur, quod sicut in Natura sua habuit mortalitatem*

lib. 13. de Civ. Dei, cap. 1.

lib. II, cap. 19.

tem



rem quandam, scilicet aptitudinem moriendi, ita aliquam immortalitatem in Natura sua habuit, id est, aptitudinem, qua poterat non mori, cibus adjunctus. Sed si perstitisset, immortalitatis perfectio esset ei de Ligno Vitæ. Obsignat hæc Magister Sententiarum sequentibus: Sed qui hoc tradunt, quomodo superiora Augustini verba, quibus dicit, quod immortalis erat homo primus ex Ligno Vitæ, non contradicant huic Sententiæ, diligenter inquirent. At, non opus est prolixâ inquisitione, postquam ex hæctenus adductis manifestum est, quo sensu Augustinus primi hominis ante lapsum corpus dixerit mortale, quo item immortale, sibi metipsum non contradicens aut scribens, modò mens Ejus ritè attendatur, observato præmissis Controversiæ statu, quam circa Quæstionem hanc de Mortalitate vel Immortalitate primi hominis non uno in loco tractavit contra Pelagianos Augustinus, utpotè quod non parum ad intellectum Sententiæ Ejus facit. Ego hic nihil addo, quàm, Bellarminum, etiam si contra Pelagianos primi hominis in Statu Innocentiæ immortalitatem videri voluerit defendere, ex alterâ tamen parte, dum pro ejus Supernaturalitate contra Evangelicos militat, iis ut plurimum niti hypothesebus, quas non nisi è Scholâ Pelagii hausit, quibus doctrinæ ipsius non ignarus videt, id quod ex iis etiam patet, quæ capite antecedente circa Quæstionem de Statu purorum naturalium, & Justitiæ originalis Supernaturalitate Examini fuere subiecta, ubi Bellarminum non semel vidimus scripsisse, *Mortem esse à Natura aut à causa per se, hominem ex Natura sua fuisse mortalem, corruptionem & mortem ex conditione Materie & Natura ex contrariis composita, sequi, & qui his non multùm dissimiles flosculi pluries occurrunt certe venenati, non Deum agnoscentes Authorem, id quod prolixè satis fuit ostensum.*

vid.  
Ursin.  
Anal. S.  
Volum.  
II. p. 314  
segg.  
vid. D.  
Zeam. de  
Imag.  
Dei, p.  
167. segg.

## CAPVT DECIMVM ET QVARTVM,

DE

Quæstione,

*An Paradisus hodiè adhuc supersit?*

PRætermiſſis Quæstionibus de Statu & loco, ad eam nunc convertimur, quæ de determinatione Paradisi agit, utpotè circa quam Augustini autoritas erit vindicanda, Bellarmino eam sequentibus exhibente verbis: *Tractatur Quæstio à Theologis, Num aquæ Diluvii paradisum destruxerint? Et quidem recentiores aliqui, Eugubinus, Januarius Gandavensis, & alii, omninò contendunt, nusquam in terris nunc extare Paradisum illum, in quo Adam habitavit; quod probant tum ex capite septimo Genesios, ubi dicitur aquæ Diluvii cooperuisse omnes excellos Montes sub omni Cælo; tum quia Paradisus in Mesopotamiâ situs erat, quæ Regio est notissima, nec in eâ ullus cernitur Paradisus. Quis verò nullum unquam ex Veteribus legi, qui Paradisum terrestrem vel Aquis Diluvii, vel aliâ de causâ scripserit periisse, & contra legi plurimos, qui illum extare adfirmant, ut Scholasticos ferè omnes, ac veteres præterea Patres, Irenæum, Hieronymum, Augustinum, Theodoretum, Bedam, Alcinum Avitum, & cæteros, non facile audeam, à tam communi celebrique opinione recedere, præsertim cum Augustinus videatur ad Fidem Catholicam hoc referre, scribens: Longè aliter se habent Quæstiones illæ, quæ esse præter Fidem arbitratur, quàm sunt illæ, in quibus salvâ Fide, quæ sumus Christiani, aut ignoratur, quid verum sit, & Sententiâ definitivâ suspenditur, aut aliter, quàm est, humanâ & infirmâ suspitione vincitur, veluti, cum queritur, qualis, vel ubi sit Paradisus, ubi constituit Deus hominem, quem formavit ex pulvere, cum tamen esse illum Paradisum Fides Christiana non dubitet. Ad hæc Bellarminus: Nec videtur satis apud responderi, si dicatur, non velle Augustinum significare, Paradisum nunc extare, sed, non esse rem fictam aut parabolicam id, quod in Genesi de Paradiso narratur. Nam in primis Quæstiones illæ, quæ salvâ Fide disputari possunt, qualis sit, & ubi sit Paradisus, præsupponunt, Paradisum esse etiam nunc in rerum natura, atque posset etiam, vel potius deberet, queri, sitne Paradisus, antequàm queratur, qualis sit, vel ubi sit? Deinde, id cognosci potest ex alia Quæstione, quam ibidem continuo subiungit Augustinus, scribens: vel cum queritur, ubi sint nunc Elias & Enoch, an alibi, quos tamen non dubitamus, in quibus nati sunt, corporibus vivere. Quo loco, ita porò Bellarminus, sicut dixerat, Paradisum esse Fides Christiana non dubitat, ita dicit, Enoch & Eliam non dubitamus in suis vivere corporibus. At certum est, non solum, Enoch & Eliam non esse res fictas, sed etiam reipsa hoc tempore extare & vivere: Igitur eadem modo*

lib. II. de  
pecc. orig.  
cap. 23.

certum est apud Augustinum, Paradisum non solum non esse rem fictam, sed etiam nunc re ipsa extare. Denique, idem Augustinus alibi dicit, non posse dubitari, quin flumina oriantur ex Paradiso, quia hoc dicit Scriptura, licet alibi fontes videantur. Vbi aperè videtur indicare, non posse dubitari, quin hoc tempore extet Paradisus. Contra hanc Bellarmini Sententiam autoritate Augustini firmatam, Doctor Gerhardus nosster in Confessione Catholica, præter Authores ab ipsomet Bellarmino citatos, laudavit imprimis Pererium, Blasium Viegas, Esthium. Addidit Dorscheus in THOMA CONFESSORE Petavium & Ariagam, quibus in Vindiciis Evangelico-Thomisticis è scherlogo, Abramo, Carriere, Gonzales, ut & Kirchero & Schotto varia subjunxi ad hanc rem non impertinentia. Nunc ea tantum indè libet excerpere, quæ propiùs autoritatem Augustini attingunt, de quâ Pererius sequentia notat: Respondendum est, Augustinum istis verbis significare non aliud voluisse, nisi, Paradisum, quem descripsit Moses, intelligendum esse locum quendam corporatum, ad spectabilem & terrestrem, non autem, ut Origeni & aliis placuit, tantummodo spirituale & mysticè esse accipiendum. Nam quod secundum Fidem Catholicam sentiendum sit, Paradisum nunc extare, non voluit dicere Augustinus. Vbi enim aut quomodo id Fides Christiana docet? An quia persuasum est multis, Enoch & Eliam in Paradiso versari? At enim illo eodem loco dubium & incertum hoc facit Augustinum. An, quia in libro Ecclesiastici scriptum est, Enoch translatus esse in Paradisum? Sed nec Scriptura Graeci habet vocabulum Pa-  
 radisi, & ea vox non tantum propriè illum significat Paradisum, in quo fuit Adam, sed univèrsè locum quem vis amèntissimum & jucundissimum. An quia ex his, quæ traduntur in sacris Literis, hoc elici & deduci potest? Nihil minus, imò ex Divinâ Scripturâ contrarium magis colligi posse, supra ostendimus. An quia hoc aliquando decrevit Ecclesia & credendum esse constituit? Verùm, nec est unquam ab Ecclesiâ definitum, & cum sit res, quæ ad Fidem Catholicam minime spectat, sub certas illas & indubitatas Ecclesiæ definitiones & Decreta non cadit. An DENIQUE propter multitudinem & autoritatem eorum, qui hoc senserunt ipsi, & memoria proditum posteris tradiderunt? Sed istos Authores non magnum habere pondus ad illud probandum, in aperto est ex superiori Disputatione. Restat igitur, hanc Controversiam, an Paradisus nunc sit in naturarum, de numero esse earum, quæ contrarias in partes, salva Fide Catholica, agitari & tractari possunt. Nobis tamen est visum multò probabilissimum, illum terrestrem Paradisum generali Diluvio destructum, hoc tempore nullum esse. Hanc nempe Sententiam doctissimi quique nostri hujus Seculi maxime adprobarunt. Ita Pererius scripsit de Paradiso peculiari libro Commentariis in Genesim inserto, ubi in margine Lector adire jubetur librum de Enocho, itidem his Commentariis insertum, ubi de hac Augustini Sententia porro legitur: Augustinus questionem hanc, utrum Elias & Enoch sint in Paradiso terrestri, an alibi, esse de numero earum Questionum scribit, quæ salva Fide Christianâ in partes contrarias disputantur; qui si putasset, uspiam in Scripturâ significari, Enoch esse in Paradiso terrestri, aut suo tempore fuisse id in Ecclesiâ & apud doctiores ejus temporis certum & indubitatum, sicut erat, Enoch & Eliam non fuisse mortuos, sed adhuc vivere, profectò Augustinus non ita fuisset locutus. Et post aliqua: Quocirca valde miror iudicium Sixti Senensis, qui illud scribere non est veritus, dicere, Enoch & Eliam non esse translatos in illum terrestrem Paradisum, in ibique versari, esse contra Divinam Scripturam, & à rectâ Fidei regulâ exorbitare. Itane contra Scripturam? Ergò Rupertum, Theodoretum, Chrysostomum, Augustinum & Gregorium, qui vel id negarunt, vel incompertum esse dixerunt, vel salva Fide aut negari, aut adfirmari posse tradiderunt, contra Scripturam & contra Fidei Regulam, censore Sixto, sensisse & scripsisse existimabimus? Sed contra quam, obsecro, Scripturam est, Enoch non esse in illo Paradiso? Ait, contra illam Ecclesiasticam, Enoch placuit Deo, & translatus est in Paradisum. At eam Scripturam nihil posse Sixto suffragari, satis superque est ostensum. Quod si hoc est contra scripturam, ergò est contra Fidem? At docet Augustinus, opinari, Enoch & Eliam non in illo esse Paradiso, non solum non esse contra Fidem, sed nec pertinere ad Fidem. Viri igitur potius credemus, Augustino, neganti pertinere ad Fidem, an Sixto, adseveranti esse contra Scripturam, & à Fidei Regula exorbitare? Hæc iterum inter plura huc pertinentia Pererius, post quem ubi prolixissime etiam Blasius Viegas in Apocalypso Johanneæ caput undecimum, occasione duorum testium, quorum ibi facta est mentio, hanc defendit Sententiam, plures citans Authores, quibus ea placuerit, præter jam laudatos Oleastrium, Catharinum, Genebrardum, Naclantum, Suarezium, omnes & singulos magnæ Autoritatis in Ecclesiâ Romanensî Doctores, tandem scripsit, esse admodum probabile, Paradisum terrestrem non extare, addens, huic Sententiæ nihil obesse communem in contrariam partem Patrum antiquorum conspirationem, siquidem hæc Questio minime pertineat ad Fidem. Est huius quo-

lib. II.  
in Gen.  
cap. 24.

cap. 44.

Bibl. S.  
lib. 5.  
Annot. 36

quoque pariter de hac pronuntiat, adserere quidem, vel potius referre Patres hanc Sententiam, Paradisum adhuc existere, sicut & plerosque Scholasticos, sed nullo modo tanquam de Fide; qui & idem in specie de Augustini monet Sententiã, quod Pererius ante Eum observavit contra Bellarminum. Quia verò Bellarminus responsum Pererii ad Sententiam Augustini tanquam minus aptum eludere satagit, idè juvat audire Arriagam, sequentia pro responso Pererii exhibentem: Bellarminus rejicit eorum solutionem, qui dicunt, Augustinum loqui solum de precedenti existentiã Paradisi. Verum arbitror, Augustinum ibi, licet posuerit verbum significans de presenti, non tamen locutum esse, nisi contra eos, qui Paradisum allegoricè & metaphoricè tantum intellexerunt. E quo enim Scriptura loco, aut ex quã definitione potuit tunc Augustinus inferre, esse de Fide, illum durare etiamnum? Nam licet fortè, quia multi Patres idem post ipsum senserunt, jam non liceret de eã Veritate dubitare: At cum tunc quasi in Augustino robur habere inciperet hæc Sententia, non poterat judicari, ut absolutè de Fide. Bonfrerius itidem aperte, Verius existimo, Paradisum terrestrem jam non extare; & quamvis ea terra Regio jam extet, in quã constitus fuit Paradisus, tamen Diluvio illam totam loci amenitatem perivisse, laudans aliquos Authores, quorum nomina jam habuimus. Post aliqua: Ex quo colligas, nimis temerè dixisse Sixtum Senesem, hanc Sententiam à Fidei Regulã exorbitare, cum tamen apertè sentiat Augustinus, hanc Questionem minime ad Fidem pertinere. Aliorum plurimum verba, quorum in Vindiciis Evangelico Thomisticis facta est mentio, adscribere superfedeo, cum ex his manifestum sit satis, quid de Augustini Sententiã contra Bellarminum & Sixtum Senesem juxta non paucos Ecclesiæ Romanensis Scriptores sit habendum.

vid. D.  
Dorich. in  
Thomã  
Conf. p.  
365.

## CAPVT DECIMVM ET OCTAVVM,

DE

Ligno Vita.

Bellarminus de ejus vi & efficacità duas esse Patrum Sententias scribit, unam Augustini & Theologorum plerorumque Scholasticorum, alteram verò aliorum Patrum & Ecclesiæ Doctorum. Illam describit, Lignum Vita institutum fuisse ad arcendam Mortem, quæ contingere solet ex Senio. Quamvis enim per communes cibos reparatur humidum illud, quod ex generatione accepimus, quodque adsidue per actionem caloris naturalis absumitur, illa tamen extranea Substantia, quæ ex alimento accedit præexistenti humido, nunquam est tantæ virtutis, quantum fuerat illa, quæ deperditæ est. Ita paulatim vis nutrens diminuitur, ac tandem funditus perit, & ea pereunte animalis vita extinguitur. Vult igitur Augustinus, eum fuisse Ligni Vita usum, ut vim roboraret et nutrirentem, & hoc modo hominem à Senectute & Morte defenderet, scribens: Cibus aderat, ne esuriret; potus, ne sitiret; Lignum Vita, ne illum Senectæ dissolveret. Nullus morbus intrinsecus, nullus etiam mutaretur extrinsecus. Citat alia quatuor loca, in quibus Sanctum Patrem idem docere monet.

In fine capituli etiam posteriorem Sententiam sibi probabiliorē videri fatetur, tamen priorem propter Augustini & multorum Scholasticorum auctoritatem non negat etiam esse probabilem, arbitratus, utramque sine erroris periculo posse defendi. Hanc ob causam, quia nulla hic intercedit Controversia Fidei fundamentum tangens, sed talis, de quã in utramque partem licet disputare, nobis quoque licebit hic esse brevioribus, ad sequentia nimirum attentis & properantibus. Id in primis prætereundum non est, Bellarminum dissimulasse quæstionem, quæ aliàs communiter hic solet moveri, An illa vis arboris Vita, servandi hominem à corruptione, fuerit naturalis an supernaturalis? à Pererius diligenter tractatam, qui itidem Augustino, Bedæ & Bonaventuræ aliam, aliam Straboni; Hugoni de S. Victore, Thomæ Aquinati adscribit Sententiam. Illam ipsis Augustini verbis & quidem sequentibus ita exponit, quibus docuit, quamquam corporalem cibum, talem tamen præstitisse illam arborem, quo corpus hominis Sanitate stabilis firmaretur, non sicut alio ex cibo, sed non-nullâ inspiratione salubritatis occultâ. Profecto enim, licet nutritus panis, aliquid tamen amplius habuit, cujus unã collyride hominem Deus ab indigentia famis dierum quadraginta spatio vindicavit. An credere dubitamus, per alicujus arboris firmitate, vel etate in deterius mutaretur, aut etiam in occasum laberetur; qui cibo ipsius mano præstitit tam mirabilem statum, ut in scitilibus vasculis farina & oleum deficientes resisterent, nec deficerent? Pererius addit, hoc loco Augustinus duobus exemplis, sub-

lib. 14. de  
Civ Dei,  
cap. 26.

lib. 8. de  
Gen ad lit.  
cap. 5.

subcinericii panis Eliæ, altero farinæ & olei Viduæ Eliæ, declarat, vim arboris Vitæ, nec  
 videri debere incredibilem, & fuisse Supernaturalem. Idem Augustinus in eodem opere  
 ait, Adamum propter peccatum separari debuisse à Ligno Vitæ, siue quod ab illo ipso subsisteret  
 felix ille status corporis ex re visibili, virtute invisibili; siue quod in eo esset Sacramentum vi-  
 sibile invisibilis Sapientiæ. Et alibi hoc modo scribit: Corpora primorum Parentum ante  
 peccatum sic erant adfecta, ut licet Senio non veterascerent, ut necessitate perducerentur ad  
 mortem, qui status eis de Ligno Vitæ, quod in medio Paradisi cum arbore vitæ simul erat, DEI  
 gratiæ mirabili præstatur; tamen & alios sumebant cibos, præter unam Arborem, quæ fuerat  
 interdicta. Et paulò infra: Alebantur aliis cibis, quos sumebant, ne corpora animalia ali-  
 quid molestiæ esuriendo ac sitiendo sentirent; de Ligno Vitæ autem propterea gustabatur, ne  
 Mors undecunque subreperet eis, vel Senectute confecti decursis temporum spatii interirent,  
 tanquam cætera essent alimento, illud Sacramento, ut sic fuisse accipiat Lignum Vitæ in Para-  
 diso corporali, sicut in spirituali, hoc est, intelligibili Paradiso est Sapientiæ Dei, de qua scri-  
 ptum est, Lignum Vitæ est his, qui apprehenderint eam, & qui tenuerint eam, beati. Et in-  
 fra in eodem Libro: Adam non immortalitate illà absolutà atque indissolubili, sed Ligno  
 Vitæ à mortis necessitate prohibebatur, atque (in) iuventutis flore retinebatur. Post locum à  
 Bellarmino adductum provocat Pererius etiam ad Authorem quæstionum Veteris &  
 Novi Testamenti Augustino antehac adscriptarum, & quidem eo nomine à Thomà cita-  
 tum, cujus verba in antecedentibus hæc laudavit: *Quamdiu in Creatoris lege duravit ho-*  
*mo, dignus fuit edere de Arbore Vitæ, ut mori non posset. Nec enim corpus tale erat, quod dis-*  
*solvi videretur impossibile; sed gustus arboris Vitæ corruptionem corporis inhibebat. Deni-*  
*que etiam post peccatum potuit indissolubilis manere, si modo permixtum esset (vel fuisset) illi,*  
*edere de arbore Vitæ. Nam quomodo immortale corpus habebat, quod sustentabatur cibo?*  
*Immortalis enim non eget cibo, neque potu; cibus enim vires præstabat. Vitæ autem arbor*  
*modo Medicinæ omnem prohibebat corruptionem, sic enim homini erat quasi murus inex-*  
*pugnabilis. Hæc ex Augustino pro Supernaturalitate virtutis in Ligno Vitæ Pererius,*  
 qui postquam aliorum Sententiam de naturalitate itidem verbis ipsorum exposuit,  
 suum sequentibus interpoluit iudicium. Ad posteriorem libentius accedo Sententiam, sic  
 enim ipse mecum reputare ac ratiocinari soleo: Si Virtus arboris vitæ fuisset Supernatura-  
 lis, non adfuisset illi post hominis peccatum, nec homini peccatori profuisset. Atqui  
 fuisset illam virtutem in arbore Vitæ post hominis peccatum, aperte Divina ostendit Scri-  
 pturâ, narrans, propterea Deum tantâ aditum Paradisi custodiâ munivisse, ne homo in  
 Paradisum intrare auderet, & fructum arboris Vitæ comedens viveret in æternum.  
 Sicut igitur virtus Sacramentorum, quia supernaturalis est, in eo, qui cum peccato ea su-  
 scipit, effectus suos non operatur; ita si virtus arboris Vitæ fuisset supernaturalis, nihil  
 profectò homini peccatori profuisset, nec ad custodiendam eam ullo opus fuisset præsi-  
 dio, sed satis fuisset, DEum illi non adfuisse ad effectum illum operandum. Deinde, cum  
 virtus Arboris illius efficax esset non ad infinitum tempus, sed ad tempus aliquod deter-  
 minatum, nihil prohibet, eam virtutem fuisse naturalem. Si enim cætera Paradisi ar-  
 bores potuissent naturaliter hominem conservare ad duo Annorum millia, potuit etiam  
 Arbor Vitæ naturaliter eum conservare ad tria vel quatuor Annorum millia; quacun-  
 que enim specie Arboris productâ potest DEus, infinita pollens vi & potestate, aliam  
 præstantioris naturæ & majoris potentiæ ac efficacitatis procreare. Ita etiam sentit lau-  
 datus ad caput antecedens Bonfrerius, post Pererium contra Augustinum pro naturali-  
 tate virtutis Ligni vitæ scribens: *Quid vetat, Deum posse talem producere Arborem, quæ hanc*  
*naturalem vim habeat, restaurandi perfectè humidum illud nativum, & calorem innatum con-*  
*fortandi? Si potuit, quid vetat dicere, id fecisse, maxime cum & Serpentem & Aquilam rejuve-*  
*nescere, & à Senio complures virtute forsitan aliquâ naturali ad iuventutem rediisse legamus.*  
 Similem in modum contra Augustini pro Supernaturalitate opinionem, nuperus Scri-  
 pturæ Interpres, Franciscus Carriere, Ordinis Minorum scripsit: *Lignum Vitæ dicitur, non*  
*quod vitam daret non viventi, sed quod comedentis conservasset & prorogasset, & à morbis ac*  
*Senio immunem & sanam conservasset vitam, erat quæ, vis hæc non supernaturalis, ideo, post pec-*  
*catum ablata illi, sed naturalis, uti est vis medendi in aliis fructibus. Inde enim à suâ natura dicitur*  
*Arbor Vitæ, ideo, & post peccatum perstitit ejus hæc Virtus, eâ, de causâ exclusus est*  
*Adam de Horto. Hæc illi de virtute Arboris hujus naturali contra Supernaturalitatem,*  
 quam Augustino adscribunt, quamvis Sententiam ejus deserentes, in ea quam à Bel-  
 larmino propositam inter alia plura Scherlogus, in Antiquitatum Ebraica-  
 rum Dioptra observat, quando Pater Sanctus verbis à Bellarmino laudatis scripsit,

Rrr

nul-

lib. 11.  
cap. 40.lib. 13, de  
Civ. Dei,  
cap. 20.

cap. 33.

Quæst. 19

pag. 349.

nullius extrinsecæ violentiæ periculum extitisse, ut quod Ignis aut ferrum non læderet, A-  
 quæ non submerfissent, haud putandum sit, à fructu ligni Vitæ communicatum, ut contra  
 istiusmodi infortunia homines tuti essent, sed id peculiari Numinis Providentiæ huic Innocen-  
 tiæ statui debite, sanctorum Angelorum excubiis, & hominum ipsorum vigilantie adscriben-  
 dum, quia Arbor illa Sanitatis fuerit custos, non externorum casuum defensor, de quâ observa-  
 tione Lectori erudito iudicium esto integrum. Quid Esthivus de huius Ligni virtute  
 ad Augustini mentem senserit, in suis ad Genesin Annotationibus expressit verbis se-  
 quentibus: *Quare lignum Vitæ sit dictum, patet ex capite sequenti, ubi Deus dicit de Ada-  
 mo, Nunc autem ne fortè mittat manum &c. nempe, quod Immortalitas hominis de Ligno  
 Vitæ extitisset, & non de conditione naturæ.* Ita Augustinus, Irenæus, Hilarius & alii;  
 non quod semel sumtum præstaret immortalitatem, (nam dicit Augustinus, Adamum fuisse usum  
 ante peccatum,) sed quod daturum fuisset stabilitatem contra vetustatem, ut idem Augustinus  
 loquitur. Non igitur unicâ ejus sumtione stabilem seu perpetuam vivacitatem homo consecu-  
 turus erat, sed ad vigorem plenæ ætatis conservandum subinde ac sapiens ei fuisset opus esse Ligni  
 Vitæ, & sic immortalitatem seu vitam stabilem ejus Ligni illius præstitisset, si homo non pecca-  
 set. Indè scilicet dictum est Vitæ lignum. Posteriora hæc verba sunt expressè contra  
 Bellarminum, qui alteram ab Augustinianâ Sententiam, quam multorum veterum Pa-  
 trum & Scripturæ Sacræ ac rationi valdè conformem esse dicit, ita describit, Lignum Vitæ  
 eam habuisse vim, ut vel semel gustatum adferret perfectam immortalitatem, qualem habebi-  
 mus post Resurrectionem, & ideo non ante sumendum fuisse, quàm homines essent transferen-  
 di de statu Gratiæ, in quo poterant non mori, ad statum Gloriæ, in quo non possent amplius mori.  
 Ad utramque Quæstionem ut breviter aliquid dicamus, in genere notandum, circa  
 utriusque Resolutionem ab Bellarmino & Pererio cum eorum Sectatoribus ab Au-  
 gustini, & qui Ejus autoritate nituntur, Sententiâ discedere, eo quod eisdem Evangelicis  
 anam præbere, in rebus præsertim Fidei fundamentum non præcisè attingentibus,  
 eadem uti libertate, modò id etiam fiat cum aliquâ ratione. In specie autem, quia  
 prior Quæstio, ut à Bellarmino proponitur, involvit & quasi post se trahit posteriorem,  
 à Pererio & aliis tractatam, quâ Augustino adscribitur, quasi vim huius Ligni Vitæ ita-  
 tuerit fuisse non-naturalem, sed supernaturalem, plerisque citatis in hanc rem ex Augusti-  
 no testimoniis, quorum Bellarminus quoque fecerat mentionem mirum videri potest,  
 quod Bellarminus hanc Augustini Sententiam in his terminis non proposuerit, omninò  
 proponendam ratione Controversiarum præcedentium de Justitiæ Originalis & con-  
 creatæ immortalitatis Supernaturalitate, si verè Augustinus ita docuisset. Sed, quod  
 præterea hic venit observandum, quidquid Pererio, Scriptori aliàs oculato satis & non im-  
 peritipicaci, quique vestigia Ejus premunt, videatur, sicut proximè vidimus, Augusti-  
 num ritè intellectum quoad Justitiæ originalis & concreatæ Immortalitatis præsentiam à  
 Bellarmino & aliis Doctoribus Papæ Supernaturalitatem ad Evangelicorum partes fa-  
 cili operâ posse reduci; ita si laudat à Pererio pariter & Bellarmino testimonia Augu-  
 stini accuratè expendantur, non solum ipse terminus Supernaturalitatis non occurret,  
 sed & nihil in eis invenietur, quod mentem Ejus fuisse doceat, Ligno Vitæ vim Super-  
 naturalem, quo sensu hic terminus in Controversiis prioribus à parte adversariâ adhi-  
 betur, adscribi debere. Præcipua, quæ id evincere videntur verba sunt, quæ primo  
 statim testimonio commendantur à Pererio, quibus scripsisse legitur Sanctus Doctor,  
*Arborem illam præstitisse, quò corpus hominis Sanitate stabili firmaretur, non sicut alio exco-  
 sed nonnullâ inspiratione salubritatis occultâ.* Quasi verò, quâ distinctione etiam supra  
 sumus usi, id, quod origine suâ fuit Supernaturale, quod Evangelici cum Augustino non  
 inficiantur, per inhætionem & ordinarium, adeoque naturalem effectum, non etiam  
 simul fuerit naturale, & ita quidem, ut hæc virtus Arboris etiam post Lapsum manserit,  
 Pererio id agnoscente, qui in eo, dum pro naturalitate huius virtutis cum pluribus  
 aliis militat, nos hic terriari jubet, adque sequentia sine longiori  
 morâ progredi.

lib. II. de  
 peccat.  
 merit.  
 cap. 21.

vid.  
 Ursin, Ar-  
 bor. Bibl.  
 p. 89.  
 seqq.

